



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

Liber Nonus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Liber

librum vnum. Homelias origenis. xxviii. in hie remia et ezechiele ex greco in latinum conuertit. Item de questionibus veteris legis. Homelias in canticis canticorum. i. Commentariorum in epistola pauli ad galatas li. iiii. In epistola ad ephesios lib. iiii. In epistola ad titum librum. i. In epistola ad philemonem lib. i. Super genesim librum vnum. Didymi librum de spiritus sancto ex greco in latinum vertit eloquiu. In lucam homelias origenis. xxxviii. In psalmis a decem vsq; ad. cxvi. tractatus septem. Capitul machi monachi gesta descripsit. Contra rufinum aquileensem. presbyterum inuectiuas plurimas. Ad beatum augustinum epistolas multas. Item librum probemiorum super libris diuine scripture. Ad heliodorum exhortarium. Altercationem luciferiani et orthodoxi. Ad eustochium de virginitate seruanda lib. i. Ad marcellam epistolarum lib. vnum. Commentarios in ecclesiasten plures. In chridion in psalterium. Aduersus heliachim librum. i. Et opuscula alia aduersus hereticos quod plures. De mansionibus filiorum israel lib. i. et alia innumeravolumina ad edificationem ecclesie catholice sua pietate composuit. Et pene oes libros noui: ac veteris testamenti commentatus est.

De sancto Antonino martyre. Cap. cxxxiiij.



Antonin^o

martyr apud placentiam ciuitatem passus est. Qui vnus fuit ex sacra legione thebeorum et socius beati mauritij martyris. Qui de placetinis finibus egressus per orientales prouincias pertransiuit: et multa

miracula fecit. Demum ad urbem suam rediens ab infidelibus tentus et capite cesus glorioso martyrio coronatus est. Cuius corpus ignotum diis beato sauinio ipsius ciuitatis episcopo reuelauit. Apparuit enim vir splendidus: qui ostendit ei: ubi iacebat sancti martyris corpus: qui etiam formam corporis et membra et annos militie et nomen et caput abscissum signauit: vnde cum quoque plenum eius sanguine pro testimonio seruatum inuenerit. Et ut ipsum corpus ex eodem loco leuare: et digno sepulchro condere deberet admonuit: qui euigilans visionem clero et populo referauit: et in loco ostenso fodere custos precepit: ubi sanctum corpus sicut episcopo ostensum fuerat: per omnia inuentum est. Quod dum leuaret gutte aliique sanguinis ex eo profugerunt. In cuius translatione cum solus ibi esset sauinus episcopus sex alij episcopi apparuerunt: qui essent: vel vnde venissent omnibus ignoti. Leuantes ergo corpus martyris posuerunt in sepulchro sancti victoris episcopi. Qui alias inuicta sua spiritu prophetico predicauerat:

Nonus

quod post eius obitum maior eo in ipso tumultu quiescere debebat. Sepulto quoque corpore episcopo plerique illi qui apparuerant subito discedentes nusquam visi fuerunt: sicque sanctum corpus condigna reuerentia considerunt pridie kalendas octobris.

De sanctis victore et urso martyribus. Cap. cxxxiiij.



Victor et vrsus

martyres passi sunt in gallijs castro salodoro. Hi fuerunt ex gloriosa legione thebeorum: cuius mauritius dux exercitus in clytus. Qui pro diuersis supplicijis excrutiatum: sed celesti lumine coruscante: ruatibus in terram ministris erecti. Deinde in ignem missi: sed in nullo penitus lesi. Nouissime gladio consummati sunt pridie kalendas octobris: vt ait ado in suo martyologio.

Explicit liber octauus.

Incipit prologus noni libri.



Nonus liber pre

sentis catalogi continet in se passiones et gesta sanctorum quorum festiuitates occurrunt infra tempus: in quo ecclesia representat preparationem filiorum: qui fuerunt ipsius ecclesie defensores: quales fuerunt sancti martyres. Hoc autem tempus est a kalendis octobris vsque ad kalendas nouembrii. Et hoc sub figura sanctorum machabeorum: quorum tunc libri leguntur: qui vt sancti martyres pro fide: sic et illi pro lege dei vsque ad effusionem sanguinis rutiliter decerrarunt. Ad ipsius ergo temporis festa pertractanda percurrendum est. Notandum autem: quod quia sancti machabeus: videlicet mathathias et eius filij: qui inter sanctos testamenti veteris connumerantur: nullas certas in anno festiuitates habent: eo quod eorum dies obitus sunt ignoti. Idcirco in principio huius libri premittuntur: eorumque gesta pertractantur: quia eo tempore eorum libri in ecclesia dei leguntur. Acta etiam quorundam aliorum sanctorum eiusdem machabeis contemporaneorum: quorum similiter festiuitates certos dies non habent: prefatis machabeorum in seruntur hystorijs: vt sanctorum onie et symonis eius filij sacerdotum et martyris eleazari.

Finis prologi.

Incipit liber nonus a kalēdis octobris
 vīq; ad kalendas nouemb̄ris.

De sancto **M**athathia duce. Cap. i.



Mathathias dux ppli

iudeorum: cuius laus et sanctitas ex
 gestis suis colligitur que in primo
 libro machabeorum describuntur.

Qui cum omnibus filiis suis a io-
 sepho et hieronymo in catalogo pa-
 trum sanctorum veteris testamenti connumeran-
 tur. Tempore antiochi epiphani regis syrie et egypti
 iudeorum persecutoris claruit. Hic de ciuitate
 modin oriundus: de vice ioachim quinque filios
 illustres progeniuit: videlicet iohanne: simone: iudam: eleazarum: et io-
 natan. **C**um autem rex antiochus filios israel ad ritum gentilitatis
 perduxisset: idolum quoque super aram templi domini in hierusalē pos-
 uisset: omnes quoque iudeos nolentes idolo sacrificare: et iuxta legem
 gentilium viuere: diuersis penis affligeret. Egregius mathathias et
 filii eius videntes mala: que fiebant: decreuerunt pro lege dei usque
 ad mortem fideliter decertare. Et cum legati regis venissent in mo-
 dum: statuentes idola: quidam ex iudeis immolauit in medio. Et sur-
 gens mathathias cum suis trucidauit eum super aram: et nuncios
 regis antiochi interemit: aras deposuit: et cum omni tribu sua
 exiit in solitudinem omnia relinquens. Ad quos multi cum filiis et
 vxoribus confugerunt: malentes herbis vti quam cibis gentilium con-
 quinari. Tunc emissarii regis aggressi sunt eos in sabbatis: quibus
 nefas erat iudeis arma capere: et percusserunt quosdam: alios in
 speluncis fumo suffocantes. Et perierunt ex eis mille: plures autem
 liberati adstricti sunt mathathie: eumque sibi ducem statuerunt: qui do-
 cuit eos pugnare in sabbatis: ne lex simul cum populo periret. et col-
 ligens armatos aras deposuit idolorum: immolantes quos poruit:
 interfecit: pueros in circumcisos iussit circumcidi. Et vno anno ges-
 sit hunc magistratum. Cumque graueret egrotaret: conuocans filios
 suos benedixit eis: et constituit eis simonem in patrem: et consilia-
 rium propter sapientiam. Iudam vero ducem in armis propter forti-
 tudinem. Et mortuus est mathathias et sepultus est in modin. Sur-
 rexitque iudas cognomine machabeus filius eius pro eo: et factus est
 quasi leo defendens israel clypeo suo. Hec ex libro machabeorum: et
 ex hystoria scholastica atque ex chronica guillemi.



De sancto Iuda machabeo.

Cap. ij.

**Iudas ma**

chabeus sacerdos
 et dux iudeorum fili-
 us mathathie p-
 fat i in ducatu iudeorum patri
 successit. Qui primo apollo-
 num ducē samarie: qui cōtra
 eum insurrexerat deuicit: et in
 de spolia multa tulit cum gla-
 dio ei: quo deinceps pugna-
 uit. Inde saron ducem syrie contra se uententē
 occidit: et eius agmina partim cesit: partimq; fu-
 gauit. Quod intelligens antiochus epiphanes
 rex syrie: omnē propriā uirtutē congregauit: et
 multos ab insulis mercede conduxit. Tuncq; vi-
 disse sibi stipendia deficere: iuit in perfidē ac
 cipere tributa regionū: relinquēs lysiam de ge-
 nere regali super negocia regni: tradiditq; sibi
 medietatē exercitus: ut iudeorū genus extirpa-
 ret: et eneteret hierusalē. Lysias hō elegit pro-
 lemē: micanorē: et gorgiā viros potentes et mi-
 litum cum eis quadraginta milia peditū: et septem
 milia equitum: ut uenirent in terram iuda. Iu-
 das hō machabeus cum tribus milibus solum
 modo uiris electis: hostib; suis occurrit: et eos
 inopinatos in campetribus emaus inuadens:
 multos eorū occidit: reliquosq; fugauit: et spo-
 lia multa tulit. Qui redeuntē ingens multitudo
 iudeorum se coniungit usq; ad decem milia deū
 laudantes super victoria obrēta. Hoc audiens
 lysias cōgregauit exercitū quadraginta milia
 viroꝝ peditū et quinq; milia equitū: et uenit
 in iudeam. Tunc occurrens eis iudas cū decem
 milibus in bethoron: precursores eius statim
 prostrauit: et cum lysia congressus de eius exer-
 citu quinq; milia occidit. Quod attendens ly-
 sias: iudeorum audaciā timēs rediit antiochiā
 et peregrinorum presidia congregans: cum ma-
 ioꝝ apparatu disposuit redire in iudeam. Iu-
 das hō interea hierusalē cum populo suo ue-
 nit: et templum ab alienigenis pollutum emun-
 dauit: et de nouo dedecauit: diemq; enceniorū
 xxv. die mensis nouembꝝ instituit. Tunc sta-
 tuerunt eum iudei summū sacerdotem: et si quo-
 dam modo regnum iudeorū in iuda renatū est:
 qui murū hierusalē per circuitū reparauit: tur-
 resq; erexit: et castellum bethsurā ad tuitionem
 munit. Antiochus autē rex reuertens ad
 propria: audito q; iudas machabeus suos prin-
 cipes debellasset: h̄sus in furore: precepit agi-
 tari currum versus hierosolimā: ut eam euerte-
 ret. Sed apprehensus dolore viscerum subito
 de curru cecidit: et collisus grauiter: post dies
 modicos miserabiliter mortuus est: relicto fi-
 lio suo paruo antiocho eupatore rege: et phi-
 lippo collectaneo suo sibi dato tutore. Eodē
 tempore gentes finitime iudeis reparationem

hierusalē a iuda sacrā egre ferentes iudeos p-
 sequebant. Quos iudas machabeus potenter
 debellās idumeos percussit plaga magna: am-
 gnans quoq; cōtra timotheū ducē filioꝝ amon
 fugauit eum: ac vastata sacer rediit in iudeam.
 Tunc cōgregate sunt gētes que erāt in galaad
 aduersus iudeos qui erāt in finibus eorū. Qui
 fugientes in locū munitissimū themā: miserū
 ad iudam ut ferret eis auxiliū. Et cōg; ad huc le-
 gerent epistole: superuenerūt nunciū a galilea:
 indicātes aggregari eos: qui erāt in prolema-
 de et tyro et sydone aduersus iudeos. vrbob; q;
 ergo hostibus nūciatis: misit iudas simonē fra-
 trem suū cum tribus milibus electoꝝ in solaciū
 galileoꝝ. Ipse hō cū ionatha fratre suo et octo
 milibus exiit in galaaditide: relinquēs i iudea
 iosephū et azariā duces auxiliū. Et cōg; ad huc le-
 tamē nullo interim hostiū bellum cōmitterēt.
 Et uenit simon in galileā: et cōrte sunt gētes
 ab eo: et persecutus est eos usq; prolemaidē: to-
 lensq; spolia eorū: et iudeos quos captiuos tra-
 hebāt rediit in iudeā. Iudas hō machabeus et
 ionathas frater eius transiit iordane post tri-
 duū assumptis nabuthēis incēdit vezoꝝ et spo-
 liauit: et nocte cōsurgens applicuit diluulo ad
 castra timothei ducis filioꝝ amon. Qui cognos-
 scentes q; machabeus esset: ab eo fugerūt: et ce-
 ciderūt ex eis fere octo milia: vastauitq; iudas
 ciuitates gentiū in galaaditide: ut ueniret in ter-
 ram iuda: cū uenisset in ephion: et ciues nolent
 ei transitū dare: destruxit ephion: et trāsiit sup-
 interfectos. Reuersusq; cū oib; hierusalē: ob-
 tulit holocausta in monte syon: q; nemo ex eis
 cecidisset. Eodemq; die redierūt cū victoria iu-
 das de galaad: et simon de galilea in hierusalē.
 Anterea hō dum abessent ioseph; et azarias
 volentes sibi facere nomen: cōgressi sunt cum
 gentibus et fugerūt: ceciderūtq; de populo duo
 milia. Et magnificatus est iudas in hierusalē:
 vastauitq; idumeos et philisteos: cōburnēs aras
 et deos eorū. Quibus auditis rex antioch; eupa-
 tor: iratus nimis collegit exercitū centū milia
 peditum: et viginti milia equitū: et xxij. elephā-
 tos: et applicuit ad bethsurā iudeoꝝ munitiōē
 ut expugnaret eā. Quo cognito iudas collecto
 exercitu suo occurrit antiocho regi. Et inito du-
 ro certamine ceciderūt de exercitu regis sex mi-
 lia uirū. Tunc diuerterūt iudei a pelliō: et ascen-
 dit post eos rex: captaq; bethsurā obsedit hieru-

De sanctis in mēse octobris occurrētibus So. cxxli.

rufalē. Sed qz esca eis deficiebat: intra pace fi-
cta rex cum iudeis: vt suis legibus vrerentur
Intrauit in montem sion: statimq; rupto federe
murū destruxit in gyro: occisoq; menelao: qui
pontifex fuerat: reuersus est antiochiam cum
gente sua. Demetrius hō sopher olim frater an-
tiochi epiphaniis & parruus antiochi eupato-
ris: audito qd frater suus mortuū esset: cū esset
rome rediit in syriam qui omni populorū fauo-
re susceptus occiso antiocho nepote suo: et ly-
fia eius nutritore: rex cōstitutus est. Ad quem
uententes quidam impij ex israel cū alcimo vi-
ro alieno a genere sacerdotali qui sacerdotium
amblebar: accusauerunt iudam: qd omnes regis
amicos occidisset: vel a terra sua expulisset.
Rex hō constituit alcimum sacerdotē: et misit
bacchidem cum exercitu in iudeam. Qui misit
nuncios ad iudeam et fratres eius in dolo lo-
quentes de pace: nec attendit iudas sermō-
bus eorum. Multi hō de populo credentes ei
egressi sunt ad bacchidem: qui occidit ex eis
cccc. viros: alij autē ab eo fugerunt. Tunc re-
cessit bacchides ad hierusalem: committēs re-
gionē alcimo: & reuersus est ad demetriū re-
gem in antiochiam. Alcimus hō seducens po-
pulum iheris fecit mala in israel plusq; gētes.
Iudas hō facebat vindictā in viros legis des-
serores. Alcimus ergo videns qd nō posset iu-
dā vincere: rediit ad regē: accusans illū in mul-
tis. Qui misit nicanorē ad perdendū populum
iudeorū. Et venit nicanor in hierusalē cū exer-
citu vsus iude verbis pacificis. Sed iudas in-
telligens eius insidias: exiit ab eo: & ad suos
refugit. Sed postea congressus cū nicanore vi-
ctus est: & fugit in ciuitatē dauid. Nicanor autē
apponens manū capiti cū exiret ex hierusalem
iurauit se templum dñi succensurū. Errentens
bethorē suscepit exercitū sibi a rege destinatū.
Iudas hō cum. iij. milibus sequens eū cōmisit
preliū cum eo. iij. die mensis martij: & contrita
sunt castra nicanoris: fugitq; eius exercitus:
quos iudei persequentes eos occiderunt. Et
caput nicanoris amputatus: dexterāq; manū:
ei quē superba contra tēplū extēderat suspē-
derūt. Lingua hō minutatim incisam autibus
ad comedendū dederūt: & diē hunc solennē sta-
tuerūt. Deinde iudas cū populo romanorū
cōfederat⁹ est: facies secū amicitias ppetuas
in tabulis eneis conscriptas in memoriale sem-
piternū. Demetrius hō rex audita morte ni-
canoris misit rursus bacchidē & alcimū in iu-
deā cū exercitu copioso. Qui uenerūt i beroca:
iudas hō cū tribus milibus castra posuit in lai-
sa. Qui videntes multitudinē hostiū timuerūt:
vñ & plures de castris se a iuda subtraxerūt: vt
nō remanerēt cū eo nisi. ccccc. viri. Sed iu-
das dissolutus est: qd bellū perurgebat eū: nec
habebat rēpus exercitū cōgregādū. Lūc oēs
abire vellent: portatus est eos iudas: vt pugna-

rent pro lege dñi: & potius in virtute sua mores
renū qd iducere sibi opprobriū. Et hoc dicto cō-
gressi sūt cū hostib⁹ & pugnātes cornu dextrū.
Qui autē in sinistro cornu erāt: uenerūt eis a ter-
go: & ingratū est preliū. Occisusq; est iudas:
& ceteri fugerūt. Simō autē & ionathas fratres
eius redimentes corpus iude ab hostibus: tu-
lerunt illud in modū & sepelierūt in sepulchro
patrum suorū. Planxitq; cum omnis populus
planctu magno. Elegitq; ionatham in ducem
sibi. Hec vnde supra.

De sancto Ionatha machabeo. Cap. iij.



Ionathas

machabeus sacra-
dos & dux iudeorū
filius marathie su-
pra positi iude fratris suo i du-
catu iudeorū successit. Qui
accepto principatu fugit cū
suis in desertū thecuc ppter
bacchidē ducem demetrii re-
gis: de quo supra primo di-
ctū est. Misitq; iohannē fra-
trē suū ad naburbe-
os amicos suos: vt ei apparatū suū cōmoda-
rent. Sed exeuntes filij zambri percusserunt
iohannē. Quod audiens ionathas & simon fra-
ter eius surrexerunt in filios sabbū dū nuptias
celebrarēt: & occiderūt eos in vindictā sanguis
fratris sui. Hoc autē bacchides intellectu uenit
cōtra iordanē in uirtute magna. Cōmissosq; pre-
lio cū ionathā & suis occiderūt ex parte bacchi-
dis mille uiri: uersusq; in fugā rediit ad regem
syrie demetriū. Tunc alcimus precepit destrui
muros domus sancte interioris operaq; ppheta-
tarū. Sed percussus a deo paralisi mortu⁹ est
cū tormento magno. Et extunc ionathas ponti-
ficatū tenuit. Eodē tpe quidā iniqui ex isrl
reduxerūt bacchidē ducē regis demetrii in iu-
deā. Qui uoluit cōprehēdere ionathā occulte:
sed nō potuit: qd innotuit eius cōsiliū ionathe.
Qui apprehendens. i. viros ex insidijs occidit
eos: & secessit cū suis in bethbessa: qd est in deser-
to. Et accendit bacchides: & obsedit bethbes-
sam. Et egressus ionathas percussit per noctē
multos ostiū in tabernaculis suis. Et pugnavit
cōtra bacchidē: & cōtritus est ab eo. Qui irat⁹
cōtraviros qd reduxerūt eū in iudeā: multos ex
eis occidit. Deinde cum ionathā pacē firmauit
reddēs ei captiuos: quos predat⁹ fuerat. Et sic
rediit in terrā suā. Ionathas autē sedēs in mas-
chinas iudicabat tibi pplm: & exterminauit im-
pios ex isrl. Post hec egressus qdā extreme
fortis iuuenis noie alexander: adiuuantibus
se ptolomeo philomatre rege egypti: er attalo
rege asie bellum demetrio regi syrie intulit: vi-
ctūq; uita & regno priuauit: & sic regnū eius ob-
tinuit. Qui mox audita fama ionathe & fratru
suorum: scripsit ad eum epistolas constitucns

eum sibi amicum: misitque ei purpuram et coronam. Et induit se ionathas stola sancta in die solenni scenophegie: et congregavit exercitum: et fecit sibi arma copiosa. ¶ Cum autem alexander rex cleopatram filiam ptolomei euergetis regis egypti in virore duceret apud ptolomaida: vocavit ad se ionatham ducem iudeorum ac summum sacerdotem: qui inuenit gratiam in conspectu predictorum duorum regum: et honoratus est ab eis: et indutus est purpura: et scriptus inter primos amicos regis. Et sic honoratus hierusalem cum gloria magna regressus est. Qui deinde cum romanis amicitias renouavit: et cum lacedemoniis de nouo contraxit. ¶ Post hec autem demetrius filius primogenitus demetrii olim regis syrie resumptis viribus rediit in maritimam phlistinorum: et in syriam celes: ducemque sui exercitus constituit apollonium: qui ionatham puocavit ad bellum. Egressusque ionathas de hierusalem cum decem milibus venit toppen: et expulsus inde apollonio obrinuit eam. Deinde commisit cum eo prelium in campo: fugientesque equites apollonii in azorum intrauerunt phanum dagon. Ionathas vero eos insecutus: phanum cum eis: qui intus erant succendit: fuitque numerus occisorum octo milia: inde transitum faciens per ascalonem: susceptus est cum gloria: indeque rediit hierusalem. Quod audiens alexander rex: addidit adhuc gloriosius eum ionatham: mittens ei tabulam auream: que solet dari cognatis regis: utebaturque ionathas insignibus regis. ¶ Cum autem alexander perambulasset in superiores partes syrie: socer eius ptolomeus rex egypti cum virtute magna ingressus est syriam. In viropote regis socero ciues occurrerunt: et ciuitates ei aperuerunt. Qui obrehtis verbis in dolo tulit filiam suam: quas alexander in coniugem dederat: et tradidit eas demetrio quondam filio demetrii regis: et imposuit ei diademata syrie et egypti. Quod alexander agnoscens venit contra eum: sed a ptolomeo viro eius fugit in arabiam cum antiocho filio suo ad parentes maternos. Rex autem arabum timens ptolomeum: occidit alexandrum filiumque eius reseruaui. Et sic regnauit demetrius in syria per ptolomeum. ¶ Eodem tempore cum ionathas expugnaret arcem hierusalem: demetrius nouus rex syrie venit ptolomaida: et scripsit ionathe: ut sibi occurreret arce dimissa. Qui veniens ad regem honoratus est ab eo: et in sacerdotium confirmatus. Interea cum misisset ionathas machabeus tria milia electorum virorum: et liberassent regem: quem antiocheni volebant occidere. Rex quoque postmodum pacem cum antiochenis fecisset: ad eorum suasionem vexauit ionatham valde recedens ab eo. Sed postquam triphon de arabia reuersus adducto secum antiocho alexandri filio venisset antiochia: eamque vi armorum obtinisset: et demetrium expulisset: impositoque sibi antiochus diademate regnare cepisset:

scripsit antiochus ionathe gratas epistolae: fecitque secum amicitias: et in sacerdotem illum confirmauit. Simon autem fratrem eius principem iudeorum constituit. ¶ Postmodum vero cogitauit triphon occidere antiochum: quem regem syrie sublimauerat: et regnum inuadere: sed tunc muti ionatham ducem iudeorum strenuissimum antiochi defensorem. Eligensque primum ionatham occidere: scripsit ei: ut sibi in berythessam occurreret. Qui dum venisset ad eum cum quadraginta milibus virorum: suauiter sibi triphonem: ut paucis assumptis secum iret ad ptolomaida: quam sibi traderet possidendam. Et credidit ei ionathas. Lepitque illum triphonem: et qui cum eo erant occidit. Ionatham vero in custodia detinuit. Deinde veniens hierusalem scripsit simoni: quia pro argento: quem ionathas debebat eum detinuerat. Quod si mitteret centum talenta argenti: et duos filios eius obfides: ipsum remitteret. Simon autem licet dolium cognosceret: tamen populus murmuraret: quod fratrem nollet redimere: misit pueros cum argento. Et mentitus est triphonem: occiditque ionatham et filios eius. Reuersusque antiochiam occidit antiochum dominum suum: et regnum usurpauit. Simon autem accipiens ossa ionathe fratris sui et filiorum sepeluit ea in tumulo paterno in modum. Factusque est dux iudeorum loco fratris. Hec vnde supra.

¶ De sancto Simone machabeo. Cap. liii.



Simō ma

chabeus dux et pontifex iudeorum filius supra nominati marthei ionathe fratri suo in ducatu iudeorum successit. Qui accepto principatu faciens pacem cum demetrio rege. Quem triphon a regno syrie expulerat: ut supra proxime dictum est: misit ei munera: ut faceret remissionem regioni iudeorum. Demetrius autem oblata gratanter accipiens: absoluit iudeos ab omni tributo. Et tunc cepit populus israel scribere in tabulis et gestis publicis annotationes temporis. Tunc descendit simon in gazam: et capra ciuitate eiecit idolatras et ea ac mundauit eam. Dehinc obsedit illos: qui erant in arce in hierusalem. Quibus inde electis et arce munita: intravit in ea simon cum musicis instrumentis hymnis et ramis palmarum: statuens: ut omnibus annis ageret hic dies cum leticia: videns autem simon iohannem filium suum: qui vir erat presens: posuit eum sub se duces: et dedit ei gazam ad habitandum. ¶ Eodem tempore congregauit rex demetrius exercitum: ut triphonem qui eum ab antiochia fugauerat expugnaret: Sed triphon auxilio regis perditis

De sanctis in mēse octobris occurrētibus Fo. cclij.

Demetriū vici: quem princeps regis persis viuum cepit: et apud byzantium in custodia posuit. Antiochus autem frater demetrii hoc audiēs: qui in asia educatus fuerat venit in syriam. Exceptus ab omnibus cum fauore: persecutus est tryphonem: qui regnum occupauerat: eoque fugato regnauit in syria. Simon autē dux iudeorum distatatis finibus suis: et facto portu in soppe cum haberet tunc pacem: misit ad lace demonios ad innouādam fraternitatem. Ros manis quoque misit clypeum aureum: et recepit ab eis amicabilia scripta de amicitia et vniōne confirmata. Cum ergo antiochus rex syrie tryphonem apud doram obsedisset: et misit ei simō machabeus duo milia viroꝝ in auxilium: et argentum et aurum multum. Qui noluit ea recipere: sed fregit pactum: quod fecerat cū simone: anteq̃ rex esset constitutus: misitq; ad eum anthenobium militem: mandans vt reddat sibi arcem: que erat in hierusalem: soppem: et gazā: atq; tributa locozum: quibus dominarius fuerat: alioquin veniret contra eum. Cūq; venisset anthenobius hierusalem: et vidisset gloriam et apparatus simonis: et affluentiā auri et argenti: miratus est. Cūq; simon constanter contradixit: et eum vacuum ad regem remisit. Qui rediens regi retulit verba simonis et gloriam eius. Cum autem iam tryphon de dorā fugisset. Auscultis rex sermonibus simonis: tryphonem insecutus est: relinquens cendebeum ducem: et exercitus: vt expugnaret iudeam. Qui cendebeus cedronem edificauit: ponens in ea milites: vt vastarent fines iudee. Simon autē dux et pontifex iudeozum cum iam tenuisset: vocatis duobus filiis suis maiorib; iuda et iohanne: posuit eos loco suo: vt pugnarent pro populo dei: dedissetq; illis viginti milia pugnatorum: qui profecti sunt aduersus cendebeum. Cūq; venissent ad quendam fluuium: timebant transire: sed iohannes prior transiuit: et secuti sunt eum omnes. Conuersusq; est cendebeus in fugam et castra eius. Cecideruntq; ex eis duo milia viroꝝ rū. Et reuerſi sunt filij simonis victores. Post hec autē prolemus filius abobit: qui erat dux constitutus in hiericho: cū esset gener simonis duces iudeozum: inuitato eo ad prandium hiericho: occidit eum cum duobus filiis iuda et sonathā in dolo: vt principatum obtineret. Misit quoque nuncios occupare hierusalem: et alios in gazā: vt interficerent iohannē. Sed precurrens quidā in gazam: nūciauit iohanni que facta fuerant. Qui festinauit occupare hierusalem: occiditq; eos qui venerant eū pertinere. Et factus est dux pontifex iudeozum post patrem: qui etiā corpora patris et fratrum precio redēpta ab his qui erant in hiericho: sepeluit in tumulo paterno in ciuitate modin: vbi et iudas et sonathas depositi fuerant. Hec vnde supra.

De sancto Iohāne machabeo. Cap. v.



Iohannes machabeus cognomine byzantius dux et pontifex iudeozum filius supradicti simonis post mortē patris in ducatu iudeozum successit. Quē iosephus in tribus commēdat: scilicet in religione sacerdotij: in strenuitate ducatus: et quia vir propheta erat.

Qui accepto ducatu insecutus est prolemus: qui patrem eius dolo interfecerat: et matrē suā cum duobus parvulis tenebat in vinculis: et cōfugerat ad oppidū vltra hierichonā: quod vocabatur agon. Obsesso quidem oppido: cum iohannes ipsum acriter impugnaret. Prolemus matrem et fratres iohannis super muros vsq; ad sanguinis effusionem cedebat. Propter quod fractus pietate iohannes ab impugnatione se temperabat: matre tamē clamāte ne se scelus prolemis fineret inultum. Mortē em̄ suā sic iudicaret immortalitatem meliorem. Ob hoc diutius tracta obsidione: cū septimus annus iudeis festus veniret: iohannes ab obsidione recessit. Prolemus hō matre ipsius et fratrib; occisis cōfugit ad zenonē phyladelphie tyrannum: qui corilla cognominabatur. Deinde iohannes aduersus hircanos bellū gerēs: et eos deuincens: hircani nomē accepit: et a romanis suis amicitie postulās decreto senatus inter amicos relatus est. Postmodū autē samariā que nūc sebastē vocat obsidione capta: solo coequauit: quam suo tempore herodes instaurās: sebasten in honore augusti vocari voluit. Hic primus instituit xenodochiā pauperū in hierusalem. Et mortuus est annis. xxxiij. rebus optime administratis: relictis quoque filiis: scilicet aristobolo primogenito: et antigonō cū tribus aliis. Cūq; nullus eoz ad regendum populū sufficeret: vxorē suā disertissimam iudee prefectū et filijs. Sepultusq; est in modin. Hec ex hystoria scholastica: et ex chronice iosephi: hieronymi atq; guilelmi.

De sancto Simone sacerdote. Cap. vi.



Simō sacerdos filius onie tēporib; machabeozum in iudea claruit: de cuius sanctitatis et strenuitatis cumulo: multa laudabilia Ecclesiastici hnto caplo leguntur. Qui templū domini in hierusalē nō solum reparauit: sed cultū mirabiliter ampliauit. Doctrina etiā diuine legis in populo floruit: sub iesu filio sirach sapiētie libꝝ cōponēs: qui ecclīasticus dicit: vocauit eum panarcton:

B ij

Ziber

simonis etiam ipse in eo: ut dictum est: laudabile faciens mentionem. Qui tempore antiochi magni regis egypti: iudeorum postmodum persecutoris in pace semio vitam finivit. Hec ex libro ecclesiasticis: et ex chronica gualtelmi.

De sancto Onia sacerdote. Cap. vii.



Machabeus sacerdos iustissimus filius supra dicitur simonis: cuius laus ex secundo

machabeorum libro colligitur: et inter sanctos testamenti veteris a iosepho connumeratur: prefertur a patribus temporaneus extitit: cuius opere ac pietate

cum sancta ciuitas in omni pace habitaret: et tempore omnia a regibus gentium oblatibus multis veneraret: offenso omnia pontifice contra simonem templi prepositum. Simo ad apolonium ducem celestis: syrie et fenicis confugit: et multis sibi promissis muneribus sacerdotum sibi vendicare cepit. Quo audito seleucus philopator rex syrie misit heliodorum militem suum in hierusalem ad spolium omnium erarium templi: non vasa: sed donaria in usus templi. Quo templum ingresso: apparuit terribilis sessor: equi et coculcabat eum: dracos iuntes splendidos quos iosephus angelos fuisse asserit: eidem apparuerunt: qui de terra leuag sessorum equi circumstantes: heliodorum ad mortem flagellauerunt. Timens autem onias indignationem selenci: obrulit per heliodoro sacrificium: et orauit ad dominum. Stratumque ille ab angelis dimissus est: dicentibus ei: quod orationibus omne eidem deus vitam donasset: qui continuo surrexit illesus: et ad regem rediens cuncta gesta narrauit. Tempore autem antiochi regis: cum onias vidisset mala que fiebant in hierusalem populo iudeorum ad gentilitatem peruerso. Et quia duo fratres eius: scilicet iason et menelaus de pontificatu contendentes ut placeret antiocho ad ritus gentium declinassent. Fuit ad antiochum regem in antiochia retinere cupiens si posset eius animum immutare: quod cum nequisset: sedebat apud antiochia in asylo. Cum autem quinquenalis agno apud tyrum celebraret: et rex syrie antiochus ibi esset: iason qui pontificatum in hierusalem ab eo emerat: misit regi. ccc. argenti drachmas in sacrificiis herculis. Post hec veniens antiochus hierusalem: cum susceptus esset a iasone honorifice: tantum fecit menelaus frater iasonis et omne: quod ipse sacerdotum a rege haberet: et iason in exilium missus esset. Deinde menelaus faciens conuocari omnia de asylo: in quo erat apud antiochiam in hierusalem datus andronico: cui antiochus iudeam commiserat regem. Iam quibusdam vasis templi que furatus fuerat: fecit oniam per eundem andronicum occidi. Eius sedes cum querela ad regem hierosolimam redeuntes: delata esset: re-

Honus

cordatus viri sanctitatem fleuit oniam: et andronicum purpura exutum: et per totam ciuitatem circumductum: in eodem loco quo oniam pegerat: occidit iussit. Hec ex secundo libro machabeorum: et ex alijs quibus supra libellis.

De sancto Eleazaro martyre. Cap. viii.



Eleazarus martyr vnus ex prioribus scribarum hierusalem contemporaneus

sub antiocho rege iniquo ne legem domini sanctam violaret martyrium passus est. Et in secundo machabeorum de martyrii tolerantia commendatur. Cum enim esset etate puerus compellebatur suillas carnes sacrificij manducare. Quidam homo amici eius veteres carnes licitas secreto afferentes rogabant: ut simularer se ad regis imperium manducare carnes porcinas. Quod renuens aiebat se velle exemplum forte adolescentibus mortis relinquere: ne illicita simulando alios suo exemplo ad nefaria prouocaret. Sicque etiam odium se diligendum incurrit. Et plagis multis peremptus memoriam mortis sue: et exemplum fortitudinis dereliquit. Hec vnde supra.

De sancto Remigio episcopo. Cap. ix.



Remigius episcopus remensis tempore clodouaci regis francorum in galliis claruit. Qui

ex eadem urbe et nobilibus parentibus exortus: a quodam heremita nasci taliter est preuisus. Cum enim vandalorum persecutio fere totam franciam deuastasset: et quidam reclusus vir sanctus et cecus: pro pace ecclesie gallicane dominus exoraret: angelus dei eidem in visu apparuit: et remigium et zelina muliere nasciturum nasci iussit: qui gentem suam a malorum incurribus liberaret. Qui cum euigilans visa zelina narrasset: et illa utpote iam anus hoc credere nollet: ait ille vir dei: quod postquam puerum ablactaret: oculos ipsius cecis lacre suo pingeret: et continuo visum recuperaret. Et si auem hec omnia per ordinem corrigissent: remigius mundum fugit: et monasterium introiit. Et rescente autem eius fama cum esset annorum xxx. ab omni populo in reimensis archiepiscopus est electus. Tante autem mansuetudinis fuit: quod etiam ad mensam eius passeris veniebant: et de manu eius ciborum reliquias comedebant. Quodam tempore hospitatus in domo cuiusdam matrone: cum illa modicum haberet. Remigius cellarium introiit: et super dotium crucem fecit.

De sanctis in mense octobris occurrentibus. Fo. cccliij.

Dorq; vinum crescens desuper egreditur: ita q; per cellarū fundebatur. **H**ic autē primus gentes francoꝝ sua doctrina ad fidem xp̄i conuertit. **L**um autem clodoueus rex francoꝝ gentilis esset: nec ab vxore xp̄iana conuertī posset: videns q; infinitus exercitus allemanozū super se veniret: domino deo quē vxor sua colebat votum vouit: q; si de hostibus sibi victoriam concederet: mox xp̄i fidem susceperet. Quod cum fuisset ad libitum affectus: remigium episcopum adit: et se baptizari petiit. **L**umq; ad fontem venissent: et chrisma sacrum non haberent: ecce colūba ampullā cū chrismate in rostro detulit: de quo regem pontifex linuit. **H**ec autē ampulla in remensi ecclesia vsq; hodie cōseruatur: et inde continue reges francie inunguntur. **R**ex autē xp̄ianus effectus volens remensem ecclesiam dotare: beato remigio dixit: vt q̄rum circuitet donec ipse meridie dormiret: tantū ei concederet. Quod et factum est: sed dū quoddā molendinum haberet intra fines circuitus: molendinarius ipm dū circuitet cum indignatione reppulit. **L**umq; remigius ei diceret: q; vna secū habere molendinū cōmune paratus esset. **I**lle iterum cum reiecit. **S**tatimq; rota molendini in contrariū verti cepit. **S**ed cum molendinarius sanctum virum reuocaret: vt molendinū cōmuniter secum haberet: illeq; ei respondit: q; neutrius esse oporteret: statim se terra aperuit: et molendinum protinus deglutit. **P**reuidens remigius famem futurā cum in quadā valle blas cumulos congregasset: rustici ei inebriati sentis prouidentia deridētes: ignē in segetem supposuerunt. **Q**uod ille audiens illuc venit: et pro frigore etatis et vespertini teporis: se quales faciens: tranquillo corde dixit: **S**emper focus bonus est. **I**lli hō qui ignē accenderant omnes mares in gentilibus diruti sunt: omnesq; femine gutturose fuerunt. **E**t tales omnes semper in villa ipsa deinceps extiterunt: quousq; per karolū disperse sunt. **H**ic etiam beatus episcopus inter alia per eum ostensa miracula puellam quandam a morte corporis suscitauit. **Q**ui et in pace quieuit kalē. octobris. **L**um autē corpus eius ad ecclesiam sanctorū timothei et apollinaris in pberetro deferretur secus ecclesiam sancti chrisostophori: cepit adeo ponderare: q; nullatenus moueri poterat. **V**nde coacti illi dominum rogauerunt: vt eis ostenderet si forte corpus illud in ipsa ecclesia vbi nulle sanctorum erant reliquie sepeliri velle. **S**tatimq; corpus leuissime intra ecclesiam tulerunt: vbi cum multa miracula fierent ecclesiam ampliarunt: et facta crypta retro altare: dum corpus ibi ponere vellent: mouere iterum nullatenus potuerunt. **L**um autem in orationibus pernoctarent: et media nocte omnes pariter obdormissent: in crastinum inuenerunt corpus sancti in ipsam cryptā ab angelis de-

portatum. **F**loruit circa annos domini. cccc. ccc. **H**ic doctor illustris ecclesie dei in exponendis scripturis diuinis mirabilis et studiosus fuit: plurimāq; opuscula condidit. **C**ommentarios super psalmos cōpilarit. **S**uper. iij. quosq; euangelia viles expositiones edidit. **D**e sancto Bauone confessore. **C**ap. l.



Bauon q

ralonius per sanctum amanduz episcopū eluonensem: qui in gallia

predicabat: et predone conuersus: et gandani reclusus est: vt ait sigbertus. **H**ic in

prauis actibus exercens: habuit vxorem filiasq; comitis odilonis: de qua genuit algadundē virginem chrisi. **V**xore autem defuncta aliam suam perducere voluit: sed interim a sancto amando ad penitentiam conuersus: relictis omnibus factus est clericus in cenobio gandanensi. **E**t dū fabricaretur cella: in qua includi debebat: vt ipse poposcerat: et quidam ad opus cementum in curru deferret: canesq; multi eum circūdantes sibi insultaret: ille impatiens bauonē blasphemauit. **Q**uem diabolus sic subuerso currū: vehiculum cum animalibus super eum proiecit: et depressum extinxit. **Q**uē vir dñi oratione et lachrymis suscitauit. **Q**uadā die cum videret quendam: quem ipse secularis existens vendiderat: genibus illius prouolutus: veniam petiit: et ab eodē vix obtinuit: vt vinculis ferro manibus ac pedibus carceri traderetur: vt sic penitentiam ageret de cōmissis et alijs sceleribus perpetratis: vbi vsq; in proximi exitus sui diē persistit: mira penitētia carnem atterens: peccata sua continue desens. **V**ordecco pane cinere mixto: et potu modice aque contentus: vix lissimū cilicium super stratum suum expensum habebat ciueribus desuper aspersis: lapideq; capiti supposito dormitabat. **E**t dū ad laudes deo soluendas surgeret: lapidē ipm vix a duobus deferendū humeris baiulabat. **I**bi quoq; obedientiam regule nunq; dimisit: et multa diaboli tentamina deuicit. **Q**uivt eum inde deiceret in diuersis illi ferarū et serpentium formis apparebat: sed mox ipm sopori deditū: angelū eū in columbe specie confortabat. **L**um autem mortis appropinquaret ministrū suū misit: vt de uorum sibi presbyterū longē positū ad se vocaret: q; viatū sibi deferret: quē ignorantem viam angelus dñi vsq; ad presbyterū deduxit: illeq; ad bauonē conuersus veniens: diuina ei sacramenta ministravit: statimq; vir dñi in pace quieuit kalē. octobris. cuius obitus cōtinuo geltrudis virginis longius absentis diuinitus re-

B iij

uelatur: et ut sancti corporis vestimenta ad sepeliendum mitteret: mandatur: quod et illa festinanter ad implere curauit: in quibus vir sanctus inuolutus sepultus fuit.

De sancto Piatore martyre.

Cap. xi.



Datoz marty: apud

toziacense oppidū passus est: qui cum beato dionysio epō suisque socijs ab urbe roma egressus: galliā predicandi causa expetiit: et ab eodē presbyter ordinatus fuit. Atque postmodū pro confessione nois xp̄i consummato martyrio ad dñm migravit kalen. octobris: ut ait ado.

De translatione sancti Germani. Cap. xii.



ranslatio

corps sancti germani antiochorensis ep̄i apud eandem ciuitatē colitur kalēdis octobris: quo vicē die corpus eius de raucēna translātū: ubi in pace dormierat: antiochore delatū est: quod regina placida ad galliam ut eidem in extremis argenti promiserat destinauit: ut supra dicitur est in eius legenda pridie kalēdas augusti. Cum autē beatus germanus per ciuitatem vercellensem transiens: eusebio ep̄i scopo pmisisset: quod in reditu eius raucēnā per gentis ecclesiam: quam ille fundauerat dedicaret. audiens eusebius quod germanus defunctus esset: ecclesiam consecraturus cereos accendi fecit. Sed quanto plus accendebatur: eo amplius extringebantur. Quod videns eusebius intellexit ecclesiam alio tempore dedicandam. Cum ergo corpus sancti germani quod ad gallias transferebatur: vercellas delatum esset: mox ut in ecclesiam ipsam inducitur: cerei omnes diuinitus inflamantur. Tunc eusebius promissionis memor intellexit: ut quod germanus uiuens se facturū promiserat: mortuus adimplebat. Sicque tali dedicatione contentus ecclesiam dimisit. Et corpus ad ecclesiam suam delatum ibidem honorifice conditum est.

De sanctis Leodegario episcopo et Berino martyribus. Cap. xiii.



Eodegario

rius ep̄us et gerinus martyres apud eduensem ciuitatem passi sunt tpe childerici regis francorū. Qui leodegarius dum esset ep̄us eduenensis clothario rege decedere: voluntate dei et principū consilio childericū

fratrē clothariū adolescentē idoneū p̄fecit in regem. Hebrionus hō maior domus regie theodorici childerici germanū p̄ficere nitēbat: non propter regni cōmodū: sed quod oibus odio suam regis et principū verebatur. Timens igitur regē hebrionus: licentia obtenta monasteriū introiuit. Rex hō theodorici: ne contra regnum moliretur in custodia detinebat: et p̄udentia ep̄isopi officis populi pace gaudebat. Sed post aliquod tps: rex malignorū consilio in tantum in leodegariū odiū incitatur: quod oportunitatem mortis eius inquirebat. Ep̄iscopus hō blande ferens: et inimicos ut amicos amplectens: egit cum rege: ut in urbe: cui p̄erat: die pasche celebraret: et cū eodē in mensa cōmunicaret. At hō cum audisset: quod rex eius mortē perficere decreuisset: sic persecutorem perfugit: quod in luxouensi monasterio dño seruans etiā hebrionis: qui in ipso cenobio: in monastico habitu latitabat: deuote seruiuit. Post modicū rex moritur et theodoricus in regē sublimat. Leodegarius hō populi sui lacrymis et precibus motus: et abbatis imperio compulsus: ad sedem suam rediit. Hebrionus quoque statim apostatauit: et regis senescalcus est ordinatus. Qui deterior effectus leodegariū occidere nitēbatur. Missis igitur militib⁹ eū cepit: Qui in habitu pontificali detentus: ab eisdem extorcularis est: sicque dimissus: Post biennū hō sanctus leodegarius cū fratre suo gerino quez hebrionus relegauerat: in palatiū regis adductus: dum ad irrationes hebrionis sapiēter et pacifice responderet: nequissim⁹ ille iussit gerinū lapidibus obrui: ep̄iscopū hō tota die nudis pedibus per quendā flumiū super acutissimos lapides decurrentē deducti. Et audiens quod in his tormētis deum laudaret linguam eius p̄scidit fecit: et postmodum cuidam custodi tradidit. Ille autē vsū loquendi non amittens predicatōni populorū instabat: predicēs quomodo et qualiter hebrionus mortuus erat. Lux etiā immensa in modum corone eum circūdedit. Quod hebrionus audiens: missis quatuor sp̄iculatoribus eum decollari mandauit. Quorum tres verba eius pacifica audientes: adeo sunt compuncti: quod ad pedes eius procidentes ventā postulabant. Quartus hō cum eum decollasset a demonio arripit et in ignē proiectus exiit. Et p̄pleto biennio audiuit hebrionus corpus sancti intraculis illustrari: et inuidens miser mitem ad videndū si sic veritas se haberet. Qui veniens et sanctū corpus deridens: ac tumbam calce percussens statim a demonio inuasus exspirauit. Deinde hebrionus p̄m quod sanctus p̄dixerat: gladio nequiter occisus est. Passio horum martyrum agitur. vi. noū. octobris. Qui passi sunt circa annū dñi. ecccccclxxx.

De sanctis Fleutberio et alijs innumerabilib⁹ martyrib⁹. Cap. xiiii.

De sanctis in mēse octobris occurrētibus Fo. cccliij.



Leutherius

martyr: et alij innum-
rabiles martyres apud
pud nicolediā sub
diocletiano impatore: huius oc-
casione passi sunt. Et igitur em-
aliquā partē palatij incendio
cōflagrare. Hoc imperator a
cōstantis factū falsa suspitione
psumens iubet omnes colle-

ctos coaceruari: et alios gladijs obrūcari: alij
os ignib' cōsumi. Quorum pōr et nobilitoz eleu-
therius ceteros hortabat: ita ut eoz aliq se spō-
te ignib' traderēt: alij nō se vitro gladijs offer-
rent. Et cū etiā ipsos ministros nūntia crudeli-
tas horresceret: partē illoz nauiculis ipositos
in medio pelagi adductos in pfundū demerge-
bant. Alij nō crudeliores quorundā martyrum
effodientes cadavera in mare proiciebant: ne
forte dñi xpianoz efficerent. Beatus nō eleu-
therius inmanissimis tormētis cruciatus: vi-
croziam suam per ignem velut auruz examina-
tus cōpleuit. Cuius reliquias furtim xpistia-
ni quidam in ciuitate nicolediē considerunt.
Qui passi sunt. vi. noñ. octobris.

De sanctis duobus Euandis p̄sby-
teris et martyribus. Cap. xv.



Euandus

et alter euandus
ābo p̄sbyteri et
martyres apud
antiquos safo-
nes passi sunt. Qui cū vilebol-
do ep̄o venētes germaniam
transierūt ad saxoniam anno tu-
stini impatoris septimo: quoz
vnu dicebat euandus albus:

et alius euandus niger. Et cū ibidē xpm predi-
carent: a pagans renti et occisi sunt. Ad quoz
corpa nocte diutius lux apparēs: r̄ ubi essent: r̄
cui essent: meriti declamauit: qui insu pipini
regis in agr̄i pp̄nēti colonia sepulti sunt. Passi
sunt aſc. v. noñ. octobris. Nec ado et figiberr'.

De sancto Dionysio episcopo et
martyre. Cap. xvi.



Dionysius epi-

scopus et martyr apud
athenas pass' est. Qui
post clarissimā cōfes-
sionem fidei: post gra-
uissimā tormentoz ge-
nera gl'ioso martyrio
coronatus est: vt testa-
tur aristides atheniē-

sis vir fide sapientiaq; mirabilis: eo videlicet
tempore quo de xp̄stiana fide librum compos-

suit: qui passus est quinto noñ. octobris: vt ait
ado in suo martylogio.

De sanctis Erispo et Lalo dī-
scipulis. Cap. xvij.



Erispus et catus di-

scipuli apud corinthum clarue-
runt: quos ad corinthios epla
prima ad principū apl's se scri-
bit baptizasse. Datus etiaz cati
meminit idēz ap̄lus ad Roffi.
xiiij. et eidē iohānes tertiā eplam scribit: vt of-
cit glo. Roffi. xiiij. Erispus aut ille est: de quo
Actū. xvij. cap. mentio fit: qui ambo apud co-
rinthū quicuerūt. Itij. noñ. octobris: et eoz cor-
pora ibidē tumulata seruant. Nec ado.

Deniq; cuidā adolescētī nobilī a parentibus in coniugū tradit: et cūtra nuptijs necessaria im̄mēsa gloria p̄parant. Cum autē die nuptiarū inuenes et puella et nobiles cūcti festa cū gaudio celebraret. Virgo dñi deo inspirāte cōsiderās virginitatē damnū: tam dānois plausibus reparari cepit: oīa huius vite gaudia quasi sterora reputare: vnde nocte illa a viri p̄sortio se abscondēs: media nocte illo soporato se deo cōmendauit: et tōtis crinibus in virili habitu clam aufugit. Longe autē ad quoddam monasteriū veniens et fratrē pelagiū se dicens: ab abbate receptus est: et diligētē instructus. Qui tā sancte ac religiose vite se habuit: q̄ defuncto sanctorum crimonialiū puluore de sentōꝝ consilio et abbas rō impertō: et inuētus monasterio virginis est prelatus. ¶ Dū ergo eis nō solū corporū necessaria: sed etiā animarū pabula ministraret: diabolus eius sanctitati inuidēs: vt vite ei⁹ innocentīā offamaret: vnā eū virginitas sine villo examine ab oībus condemnat: et cū ignominia foras pellit: ac in quodā specu recluditur: ei⁹ monachōꝝ seuerissimus deputat: qui ei panes hordeaceos et aquā tenuissime ministrabat. At ille oīa patiētē sustinebat: et deo gratias agēs per sanctorū exempla se continue confortabat. Tandē cum finē suū adesse cognouisset: monachis per lras mādauit suū genus: nomē ac cōditionem reuelās: dicens q̄ vir fuerat nō p̄ cōditione mēta: quod inter feminas ostēdit: petens vt quam viri feminā nescierant: sorores sancte sepelirent: vt femine h̄ginē recognoscerent: quam calūniatores virū adulterum iudicassent. His auditis monachi et sanctimoniales ad speluncam cōcurrunt: pelagiū mortuū cōspiciunt: feminam et virginem intracram cognoscunt: et penitentiam agentes in monasterio virginum honorifice sepelirunt.

De sancta Thaidē meretricē. Cap. xxxviii.



Meretricē apud alexā

drīā tante pulchritudinis existit: vt multi p̄pter eā venditō substantiis suis ad vltimā paupertatē deuenirēt. Amatores q̄ sui pre zelo libit⁹ iter se cōserētis: puella limina frequentē sanguine replebant. Quā autē dīes p̄nuti⁹ abbas sumpto sc̄lari habitu: et solido aureo p̄fectus est ad eā: deditq; ei solidus quasi pro mercede peccādi. Eūq; camerā secus ingressus lectū preciosum ascendere inuitaretur: interrogauit si esset secretius cubiculū: q̄

De sanctis in mense octobris occurrentibus Fo. cclix.

nullus ingrederetur. Que duxit eum in interiorum cellam: dicens quod nemo illi ibi videre posset: nisi solus deus. Interrogatus a patre: an sciret esse deum. Respondit: quod sciebat deum: et futurum seculum: et tormenta peccatorum. Quam se nec iterum interrogavit: si hec esse nosceret: cur tot animas hominum suarum perderet. Que mox compuncta ad pedes eius procidit: et penitentiam postulavit. Eumque abbas illi locum constituit: ubi ad se venire deberet: quatenus super eius salute disponeret. Illa colligens omnia: que ex peccato lucrata fuerat: in medio civitatis omnium populo spectante combussit. Erat autem presens ei liberum auri. cccc. Quibus incensis ad locum sibi ab abbate constitutum perrexit. Quam ille in cenobio virginum in parva cella reclusit: et ostium plumbo signavit: parvumque fenestrellam reliquit: per quam ei modicus vicus inferretur: iussitque diebus singulis parum panis et aque ei a ceteris ministrari: mandans ut etiam vinum suam in cella effunderet: quod talem fetorem digna esset. Et cum quereret quomodo deum adorare deberet: prohibuit ne deum nominaret: sed tantum incumbens contra ostium respiceret ac diceret. Qui plasmasti me miserearis mei. Post annos autem iij. paupertus ei compatiens ad abbatem antonium perrexit: ut quereret an ipse deus adhuc peccata sua tibi dimisisset. Et narrata cum antonium mandavit: ut omnes discipuli sui illa nocte in oratione vigilarent: quatenus deus super hoc aliquid eorum cuius reuelaret. Nocte vero paulus maior antonii discipulus: vidit in celo lectum preciosis virginis ordinem: que tres virginis splendide custodiebant. Eumque paulus interrogasset: an esset antonius: audiit quod non: sed tibi meretricis. Quod cum mane retulisset: abbas paupertus letus discessit: et profectus ad monasterium ostium celle destruxit. Et cum illa rogaret ut adhuc maneret inclusa: iussit eam egredi: quam dimiserat ei deus peccata sua. Et cum illam eduxisset diebus xv. superavit: et in monasterio virginum in pace pauperis: ubi et cum honore sepulta fuit.

De sancta Reparata virgine et martyre. Cap. xxxix.



Reparata

virgo. xii. annorum passa est in civitate cesariensi sub decio cesare. Que nobili genere ipsius vrbis exorta: cum ieiuniis et orationibus vacaret: a decio detenta est: ut deus sacrificaret. Quod dum facere contemneret: plumbo liquefacto iussu cesaris perfunditur: sed plumbo tepidato in nullo leditur. Deinde acetum feruens in os eius distillatur. Et dum hoc patienter tolerasset: lampades arden-

tes ad latera ipsius apponuntur: et post hec in caminus ignis mittitur: sed a christo custodia inde omnino illesa et inuisa producit. Iterumque coste ipsius ac pectora facultis ardentibus inflammantur. Et dum in his omnibus vultu etiam obtinuerit: et decio suadenti consentire nollet. Iussit virginem in craticulam extendi: et prunis subter stratis diutius toreri. Deinde sic assatam per totam civitatem nudam circumduci ad exemplum christianorum. Sed dum christum viva voce confiteretur: et christianos ad tolerantiam hortaretur: reducta ad cesarem vngulis crudeliter laniatur: deinde testibus maris moreis superextenditur: et calce viva aqua superinfusa: ac sale adhibito eius vulnera conficitur: postmodumque in api aceto liquefacto perfunditur: ac deinceps spinosis fustibus eradicis durissime ceditur. Et cum hec omnia constanti animo superasset: extra civitatem educata: iussu decii decollatur: caputque eius ipsi vinctum daverat presentat. In cuius decollatione visa est columba candida de ore eius exire: et in celum subito auolare. Cuius corpus intra murum civitatis sepultum est octavo idus octobris. Inde processu temporis translatus quiescit in florentia.



Benedicta

virgo et martyris apud lugdunum civitate passa est. Que ex senatoribus romanis in urbe progenita: religione christiana: spreto seculo cum xii. virginibus domino in pudicitia serviebat. Audito vero certamine sanctorum martyrum quinquaginta et aliorum: qui roma egressi in galias triumpharunt: ipsa de urbe cum sodalibus discedens ad galias accessit: ubi ceteris a se separatim ipsa cum sola scoberia eius collactanea lugdunum venit: et in villa myrsinaco super fluvium isaram: intra nemus residit: ubi domino in sanctitate serviebat. Quam iudex macrobius detentam: dum sacrificare nollet: alapis cedit: deinde virgis fustigari fecit: deinde in equuleo lenari: et diutius totam plumbaris contundit: atque depositam in carcerem trahi mandavit: ubi angelica visitatione consolata: sua predicatione. cl. gentiles ad christum convertit. Inde quoque ipsam eductam et in fidei confessione persistentem: iussit iterum iudex nervis cedi: et rursus carceri mancipari. Sed inde ab angelo sanis referatis educitur: et vulnera eius omnia sanantur. Quibusque de populo viso miraculo convertunt. Propter quod ab ipso iudice simul et carnifice securi templo excusso macratur: sicque martyrio coronatur. viij. idus octobris. Sepulta in lugdunum civitatis territorio ubi passa fuerat.

De sanctis Dionysio ep̄o Rustico et
Eleuthero martyribus. Cap. xli.



Dionysii ep̄i

scopus: et rusticus presbyter et eleuthero diaconus in puincia gallicarum civitate parisiis passi sunt: sub persecutione domitiani imperatoris agente fescendo prefecto. Qui beatus Dionysius natione arhentensis ab Ariopago qui vicus erat ceteris excellentior: ubi erat schola nobles philosophorum ariopagita dictus est: qui etiam ex philosopho mundano: a beato paulo apostolo conuersus: philosophus christi eiusque discipulus effectus est. In eo igitur vico morabatur dionysius: qui ob plenitudinem sapientie diuinorum numerum theosophus. id est sapiens dicebatur: cum quo erat appollophanus eius comphilosophus: et multi philosophorum epicureorum et stoicorum et altarum plurimum seclarum. Cum ergo in die dominice passionis philosophi arhentensi non possent causam tenebrarum que super vniuersam terram face fuerant naturaliter inuenire. Non enim fuit naturalis solis eclipsis: tum quia eclipsis fieri solet in reuolutione lune: que tunc erat. xv. et ita in perfecta distantia e regione ad solem: tum quia eclipsis non aufert lumen vniuersis partibus terre: tum quia per tres horas durare non potest. Dionysius marinus philosophus hoc miraculum videns: nec huius causam inueniens: hoc protulit verbum: quod aut deus nature patebatur: et elementa compatiebatur: aut totius ordo nature peruerteretur. Et tunc arhentenses aram illi deo: qui hoc ostenderat miraculum constituerunt: et superposuerunt titulum ignoto deo. Singulis enim aris titulus supponebatur: ut in dicerent: cui essent dedicate. Cum ergo paulus venisset athenas: et cum epicureis et stoicis disputaret: singulasque deorum altaria perlustrans inter cetera ignoti dei altare vidisset: declarauit eis hunc esse deum: quem predicabat: qui celum et terram fecerat. Cum autem inter alios philosophos Dionysius: qui ceteris in diuinis doctorior erat: dudum cum paulo disseruisset: casu cecus transibat. Tunc dionysius dixit: ut si cecus illi in nomine dei sui precipere: ut videret: et ille lumen reciperet: statim crederet. Sed ut omnis suspitio tolleretur: paulus ait Dionysio: ut ipsemet verba proferret. Quod cum ille fecisset: protinus cecus visus recepit. Statimque dionysius credidit: et cum Damari uxore sua et omni familia baptisatus est. Sicque a paulo per triennium instructus episcopus arhentis ordinatus est: ubi predicationi insistens: tam civitatem quam maximam partem regionis ad fidem christi per-

duxit. Hinc paulus: ea que ad tertium celum raptus viderat: reuelasse creditur: sicut et ipse dionysius in plerisque librorum suorum insinuas re videtur: vnde et de hierarchiis angelorum: et ordinibus dispositionibus: et officiis: tam luculenter et clare disseruit: ut non putares hoc ipsum ab alto didicisse: sed ipsum potius in tertium celum raptus: hec omnia conspexisse. Propheetico etiam spiritu claruit: et dormitioni beate marie interfuit: prout ipse in libro de diuinis nominibus asserit. Cum ergo audisset petrum et paulum rome a nerone in carceribus detineri episcopum sibi substituit: et ad eos visitandos accessit: eorumque passionibus presens fuit. Verum post aliquod tempus a beato clemente petri successore in franciam destinatur: et ipsi rusticus presbyter et eleutherus diaconus sociantur. Sancti quoque saturninus et marcellinus episcopi: et lucianus presbyter comites adiunguntur. Qui omnes venientes arelatum: verbum domini predicare ceperunt. Tunc dionysius auctoritate summi pontificis fretus: marcellinum in hispaniam: saturninum aquitaniam: et lucianum ad beluacensem pagum distulit. Ipse vero cum sibi adfunctis rustico et eleuthero parisiis venit: et multos ibidem conuertit: et ecclesias erexit: ac clericos diuersorum ordinum consecrauit. Et cum tempus pontificis septius contra eum seditionem extarent: et populus armatus ad eum concurreret: diuina gratia: aut deposita feritate: ad eius pedes prociuebant: aut exterriti fugiebant. Cum autem domitiani imperatoris precepto secunda persecutio in christianos excitata esset: prefectus fesceninus contra christianos ab vrbem in gallicam directus: parisiis veniens: beatum dionysium predicantem captum colaphisatum conspuratum et locis cum sociis alligatum sibi presentari fecit. Dum autem sancti coram illo in confessione dei constantes asserent: ecce quedam matrona nobilis venit: et viri sui iudicium ab his magis turpiter deceptum asseruit. Pro eius itaque viro mittitur: et in dei confessione martyrizatur. Sancti vero a xii. militibus vicissim sibi succedentibus flagellantur: deinde cathenis gradibus vincit carceri mancipantur. Sequenti vero die dionysius super cratem ferream flammis suppositis nudus extenditur: indeque erectus ad bestias ferocissimas iculio excitatus exponitur. Que cum ad eum accederent: signum crucis opposuit: et mansuetissimas eas fecit. Deinde in elibanum mittitur: sed extincto igne nihil leditur: cruci affigitur: et diutius ibidem torquetur: inde depositus: cum sociis multis alijs fidelibus in carcere recluditur: ubi dum sanctus missam celebraret: et populum fidelem communicaret: dominus iesus cum angelorum multitudine: et immenso lumine eidem apparuit: et panem sacrum ei obtulit: atque ad martyrium confirmauit. Post hec

De sanctis in mēse octobris occurrētibus Fo. ccl.

sancti iudici presentant: et nouis supplicis cru-
ciatur. Et cū omnia tormēta superassent: iussu
pfecti ante idoliū mercurij extra ciuitatē du-
cuntur: et ibidem in cōfessione trinitatis trū ca-
pita securibus psecidunt. Statimq; corp' san-
cti dionysij se erexit: et caput suū intus brachia
angelo duce et celi precedere lumine p duo mī-
liaria deportauit: et a loco scz qui dicitur mons
martyū vsq; vbi nūc del. puidētia requiescit.
Multi hō circūstantes angelorū melodiā cō-
tinentē audierūt: inter quos largitā vroz pze-
fati lubij christiana se esse clamauit: et mox ab
impis decollata in suo sanguine baptizata oc-
cybuit. Dū infideles iussissent: vt rustici et eleu-
therij corpora in sequana fluuio mergerentur:
ne a christiano sepelirentur. Marrona quedā
nobilitis nomine carula: et adhuc pagana: tamē
iam propter visa miracula ad christū mēre con-
uersa: vectorēs ad prandium iuuuauit: et illis
epulantibus sanctorum corpora furtim surrip-
fecit: et in suo predio occulte sepeluit: que post
modū persecutōne cessante inde sustulit: et cor-
pori dionysij sociauit: ac fides christi percepit.
Passi sunt autē. vij. idus octobris circa annum
domini. lxxvi. etatis hō beati dionysij. xc. De
hō passionis ipsorum cum apud arelatum san-
ctus regulus episcopus missarum solēnia cele-
braret: apostolorum nominibus in canone recit-
tatis adiunxit: et beatorū martyz dionysij rusti-
ci et cleuberij. Quo die cum adhuc eos viues
re puraret: mirari cepit quomodo eorū nomina
sic ignoranter in canone recitasset. Et ecce tres
columbe eidem in altari apparuerūt: habentes
sanctorum martyzū nomina suis pectorib' san-
guine descripta. Qui diem notās: inuenit eos
tunc per passionē a corpore migrasse. Beatus
autē dionysius doctor ecclesie mirabilis et
insignis: scripsit libz de angelica hierarchia.
Item de diuinis nominibus. Item de mystica
theologia: et alta fore plurima que nostris tem-
poribus inueniri non possunt.

De sancto Donino martyre. Cap. lxxij.



Doninus
martyr passus ē
in territorio ciui-
tatis chrysopo-
lis: scz parmēsis
sub maximiano imperatore.
Qui cum esset pūnus cubicu-
larius eiusdē augusti: coronā
eius seruabat: et de ipsius ma-
nibus maximianus aureolam
imperialē accipiebat. Anno igit' sexto imperij
sui: cum roma mediolanū venisset: dedit contra
christianos edictū mortis. In de venēs in par-
tibus germanie: christianos quosdā sibi inuen-
tos decollari mādauit. Tunc erāt ibidem fides
les quidā occulti circiter quigēti. Inter quos

scūs doninus potissimus erat: qui ceteros cō-
fortabat. Et dū imperator ad urbem romam ve-
nisset: pfecti omnes eū secuti eidē occurrerūt:
scz xpianos constantissime pfecti sunt. Quos
omnes imperator decollari mandauit. Et quib-
usdam ex ipsis occisis aliquot fugerūt: vna cū
sancto donino: quidā per viam flaminā: quidā
per viam aurelā: quidā hō per viam claudia.
Doninus autē via claudia perrexit. Et dum ve-
nisset. xv. militario ab urbe chryso poli: nūcū ma-
ximiani cū apprehensum: in media via publica
que claudia dicit: iuxta sistrionem fluuium des-
collauerunt: cuius corpus trūcum manibus p-
prij caput de terra leuauit: et ipsum deferens
flumen super vnda transiuit: atq; per iactum
lapidis deportauit vsq; ad locum in quo quie-
uit: vbi et sepul' est miraculis clarēs. Inter q̄
oēs cum inuocantes: et de calice ipsius potan-
tes liberat a morū rabidi canis. Qui passus ē
septimo idus octobris.

De sancto cerbonio epo. Cap. lxxij.



Cerboni-
episcop' popu-
lonie claruit tē-
porē beati gre-
gorij pape. Qui
dum hospitalitati esset inten-
tus die quadā transeites ho-
spitio suscepit. Quos gorbis
superuenientibus abscondit:
corūq; vstrā ab illoz nequitia
reseruauit. Quod dū totille gothoz regi p̄fido
nunciatū esset: iratus crudelitate iussit episco-
pum teneri: et in loco qui merulis dicit' octano
ab urbe militario vbi cū exercitu suo residebat
sibi presentari: eūq; in spectaculo populū versis
ad deuorādum prosci. Tunc in cōspectu regis
episcopus ad mediū deductus est: atq; ad eius
mores vsus immanissimus exquisitus: qui ex
cauea dimissus: accensus et concitatus episcopū
perit: sed subito sue feritatis oblit': capite hu-
militer submisso labere episcopi pedes cepit:
populusq; qui ad spectaculum venerat mortis:
magno clamore versus est in admirationem ve-
nerationis. Ad cuius reuerentiā etiam rex ipse
promotus est: ipsumq; honoratum valde dūm-
sit: et eius se orationibus commendauit. Et hic
etiam in ecclesia sua cui p̄cerat: populonise se-
pulchrum sibi parauit. Sed cum longobardos
rum gens in italiam veniens cūcta vastasset ad
helbam insulam recessit. Qui irruēte egritudi-
ne ad mortem venēs: clericis suis precepit: vt
corpus eius in sepulchro qd sibi populonie pre-
parauerat poneret. Qui cū illi respōderent: q̄
illuc ipsum reducere minime possent: eo q̄ lon-
gobardos ipsum locum detinentes vel illac dis-
securantes timerent: portatus est eos vt secure
ipsum illuc deportarent: et festine sepelire cu-
rā

rarer: motus est eodem loco sine ulla mora discederet. Defuncti igitur corpus in nauis posuerunt. Et cum populioniam tenderent: et immensa nimis pluuia erupisset: per totum illud maris spacium quod ab helba insula usque populioniam duodecim milibus distat: circa vtraque nauis latera procellosa valde pluuia cecidit: sed in nauis eadem: nec minima imbris gutta descendit. Peruenientesque ad locum: corpus sepulture tradiderunt: et episcopi precepta seruantes: ad nauem sub festinatione redierunt. Quam mox ut intrarunt in eodem loco dux crudelissimus longobardorum gummarith aduenit. Ex cuius aduentu carbonum habuisse spiritum prophete claruit: qui illos sepulto corpore inde discedere sub festinatione precepit. Quisuit autem vester sanctus in domino. vi. idus octobris. Dec gregorius. iij. dialogoz. cap. xl.

De sancto Paulino epo. Cap. xliij.



Paulin' epi

scop' eboraceni: claruit apud idem oppidum tempore bti gregozii pape. Cum enim idem sanctus doctor: augustini epm ad predicandum anglozum genti destinasset: ut dictum est supra in gestis ipsius augustini episcopi vij. kalen. iunij. Idem beatus augustinus iustum episcopum genti nordannialozum consecrauit. i. ei nationi anglozum: que ad aquilonem vmbes fluminis habitabat. Qui iustis verbis fidei predicando: eadem gentem cum rege suo eduno condidit. Hic etiam iustus paulinum episcopum ordinauit: et ipm ad eboracensem ciuitatem in fide confirmanda delegauit. Qui fructum plurimum predicacionis in eadem ciuitate pfectit: et clarissimam in pace quietem. vi. idus octobris.

De sero Geraldo cofessore. Cap. xlv.



Geraldus

ffessor apud aulstani claruit. Hic vir illustris lemonticensi territorio aureliaco pago natus: a patre geraldo: matre adaltrude de nobilissimis atque distissimis. Qui dum infans casste uiuerent: nocte quadam dormitans in somnis admonetur: ut debitum matrimoniale soluant: ut prolem mirificam procreare valeant: quem geraldum nominare debeant. Excitatus igitur pater: debitoque soluto: iterum obdormiuit: viditque ex pollice pedis eius dextri vngulam nascentem que in arboris magnam succrescens: palis et perticis pregebat: nec tamen

in pede pondus aliquod sentire videbat. Et cum mater filius adhuc gestaret in vtero: et die quadam cum viro esset in thalamo: trinam vocem audiuit infantuli vagantis: et quasi iam nativo voce emittentis. Natus igitur puer: et ablactatus: annis puerilibus deo deditus: litterisque diuinis intrabiliter breui tempore ultra coetaneos est imbutus: iuuenisque effectus: armis: utpote miles nobilis exercitatus: cictos in acie superabat. Defunctis autem parentibus: ex facultatibus suis egenis largitus ministrabat. Quem diabolus semel visioe puelle pulcherrime eius vasalli filie grani tetatione pulsauit: ita ut ille nuncium ad patrem mitteret: quod nocte sequenti ad eum accedere vellet. Peccatum tamen rimis orationem premissit: et sic ad domum puelle accessit: et a patre susceptus fuit. Cum autem tetationem grauem sentiret: et ad ignem sederet: puella sibi ultra modum deformis visa est: ut iam quam viderat esse non putaret: nisi pater eius illam esse penitus affirmasset. Sicque tetatione superata sine crimine rediit: et patre cum omni familia libertati donauit: atque puellam nuptul tradidit. Officium autem diuini ac si clericus continue dicebat: et missam quotidie audiebat. Cum autem die quadam agendis curie intectus: missam audire non posset: loco misse psalterium totum legit. Et extunc in consuetudine duxit: ut quotidie totum psalterium decantaret. Desinnum relicto seculo monasterium in proprio solo in aureliaco construxit: quod de suis facultatibus large dotauit: in quo se monachum fecit: et multa vite sanctitate et abstinentia claruit: polensque virtutibus: feliciter ad christum migravit sexto idus octobris. Sepultusque est in ipso monasterio miraculis clarus.

De sanctis Lasso et Florentio et socijs martyribus. Cap. xlvj.



Lasso et flo

rentius martyres cum socijs septem passi sunt sub maximo imperatore apud beironam urbem galliarum circa rhenum fluum. Cum enim ides imperator de mauritania aphyrice: et de finitimis regionibus propter gallozum frequentes tumultus militum multitudinem deuocasset. Inter alios elegit milites. cecel. ad sui custodiam deputatos: quos una secum cum sacra legione thebeorum in galliam adduxit. Postquam autem legionem predictam occidit christum dominum confidentes: prefati milites trecenti sexaginta christianissimi ab eodem imperatore discedentes per diuersa loca fugerunt: quorum precipui erant cassius: florentius: gerson: malosus: et victor. Qui una cum eoz socijs

De sanctis in mēse octobris occurrētibus Fo. ccli.

eccles. rino martyro ternis in locis coronati: vna ⁊ eadē die ab ecclesia recolluntur: cū tamē diuersis diebus passi fuerint: vt scribit bellinā dus. Nam cū de mādato imperatoris maximā ni milites eius gentiles prefatos xpianos in sequentes: hincinde eos requirerent: cassium ⁊ florentium cum alijs sepre apud beronā vrbē circa rpenum flumiū inuenerunt: quos ibidem in xpi confessione decollauerunt. quorū passio agitur. vi. idus octobris.

De sanctis Berone ⁊ socijs marty ribus. Cap. xlvij.



Ero mar

tyr cum socijs cccxvii. apud coloniā agrippinā passi sunt. Cum em̄ persecutores ab imperatore maximiano destinati ad predicatos milites, cccclx. occidēdos. Cassium et florentium

cum alijs septem interfecissent: vt supra dictū est. Beronem milite cum comitibus, cccxvii. militum in campis colonie inuenerit. Quos oēs xpm̄ domini confitentes gladijs trucidarunt. Quorū festū colitur. vi. idus octobris.

De sanctis Valoso ⁊ Victore ⁊ socijs martyribus. Cap. xlvij.



Malosus et

victor martyres cum socijs triginta apud oppidum francorum: quod troia siue xanthum dicitur passi sunt. Cum persecutores prefati post interfectionem predictorum martyrum: videlicet cassij et florentij et

sociozū geronis atq; aliozū predictorū pro cecissent ad reliquos requirendos de mandato imperatoris maximiani malosum ⁊ victores cum alijs triginta: qui de numero predictorum cccclx. militum supererant: iuxta dictum oppidum xanthum inuentos: gladijs cederunt: et eozū corpora in locis palustribus submerserunt: quorū tamē reliquie a christianis reperate condigno honore sepulte sunt. Et in eozū postmodum honorem Helena constantini mater basilicam super eozū corpora miro decore et sine vilo ligno construxit: vbi et per eozū merita europyalus coloniensis episcopus dolore capitis sanatus est. Sed cum corpus malosi martyris longo tempore vbiā sepultum fuerit latuisset. Sancto episcopo dicti loci diuina reuelatione mōstrati est. Qui corpus de loco sustulit: immensi odoris refragrās suauitate: ⁊ ipsum supra sociozū cadauera collo-

cavit. Hozū etiam dies passionis similiter celebratur. vi. idus octobris.

De sancto Pinyto episcopo. Cap. xlvij.



Pinyt⁹ epi

scopus gnosevz bis creren. marci antonij imperatoris temporibus apud ipam claruit ciuitatem. Qui inter viros apostolicos nobilissimus in scripturis suis velut in quodā speculori uentem sui dereliquit imaginem. Quiq; inter cetera sapiente sue opuscula ad dionysiu corinthiozū episcopū elegantē scripsit epistolā: in qua docet non semper lacte nutriendos populos: ne quasi paruuli ab ultimo occupentur die: sed ⁊ solido debere pasci cibo: vt in spiritalē proficiant senectute. Qui et in xpo plenus sanctitate quiescit. vi. idus octobris. De hieronymus libro de uiris illustribus.

De sancto Piero presbytero. Cap. l.



Perius alexandri

ne ecclesie presbyter insignis floruit tempore diocletiani imperatoris. Qui tam florentis sermonis uenustate populos docuit tāraq; diuersozū tractatum elegantiā fultit: vt origenes iunior uocaretur. Tractatū longissimū super osee pphetiaz descripsit. Et apud alexandriā in pace quiescit. vi. idus octobris. De hieronymus vbi supra.

De sanctis Tharaco presbytero et Andronico martyribus. Cap. li.



Tharac⁹

probus ⁊ andronic⁹ martyres apud carthago metropolitim cillicie temporibus diocletiani ⁊ maximiani passi sunt sub prefide maximo. Quorū primus natione romanus: ⁊ miles anno rā. lxx. milite terrestrī pro xpo renūciavit. Secundus de sede paphlie exortus. Tertius iunior de primis epheziōzū ciuitatis. Qui insimul sociati: accusati sunt maximo prefidi a domero centurione: q̄ essent xpiani: ⁊ ab eodē iudice tenti sunt. Qui primo quidē tharacum vt seniore in xpi professione inuictum manentem in maxillis cesum nudatū uirgis flagellari fecit. Deinde vinculis ferreis in carcerem alligari: postea probum in simili confessione manentem in dorso et ventre neruis crudis diutius cesum: eisdem vinculis uinctum carceri man-

D liij

clipant. Ac postmodum andronicum christi nominis confessione gaudentem: ut adolescentulum diu suatum: in equuleo appesum et cesum: ac ore contusum et lateribus punctum: necnon plagis cum testarum fragmentibus conficatum: ferreis cathenis ligatum in ergastulo clausit. Deinde eos in susia ciuitate productos: idem preses sibi presentari fecit. Et primo tharacuz sacri icare nolentem ore ipsius lapidibus confRACTO et dentibus excussis: manus eius in ignem mitti iussit: dehinc ligari pedibus: capiteque deorsum suspendi et fumum atruz subterponi: atque acetum cum sale eiusdem auribus instillari: nares quoque sinapi aceto liquefacto perfundi: et sic in custodiam tradi. Sequenti die probum eductum iussit: os eius confringi: et ferrum ignitum labijs apponi: atque extensum nervis cruciatu durissime cedi: facieque tota lapidibus conficta in custodiam recepti. Tertio vero die andronicum productum in palis. iij. extensum alligari: et nervis durissimis in scapulis et ventre flagellari: eo quod plagas eius priores curatas fuisse mirabatur. Sicque illum in eadem custodia recludi fecit. Deinde eisdem ad achaboz ciuitatem attraxit: ubi primum presatus preses tharacum vincrum in faciem cedi iussit: et obeliscos accensos labijs et marillis applicari: aures quoque nouacula percidi: et raso capite prunas superponi. Deinde obeliscos incensos sub asellis immitti: et sic in carcere vinculari. Probum vero vincrum pedibus sursum appendi mandauit: et candentes obeliscos lateribus apponi: atque clauos ignitos manibus eius infigi: deinde oculos eius acubus punge: et sic in carcerem compeditum mitti. Andronicum autem ligatum papyris inflammatis circa ventrem eturi precepit: et obeliscos incensos circa digitos eius apponi: ferrum quoque ignitum in os eius mitti: et dentes eius excuti: molisque confRACTIS linguam ipsius abscidi et comburi: et sic in carcerem alligari. Post dies autem aliquos eos preses impius produci fecit: et respiciens illos sanos iratus vehementer: bestiis ferocissimis in arenam exposuit. Que pluribus gentilibus extinctis sanctorum pedes lungebant. Leena quidem tharacum: leopardus probum: versus autem obsequabatur andronicum. Nos uisissime cum omnia superassent. Iussu presidis decollati sunt: adhibiti quoque sunt quattuor custodes: ne corpora sanctorum sepelirentur: sed in ignem missa consumerentur. Quia autem valida tempestate et fulminibus custodes territi fugerunt: et flamma extincta sunt: et sic corpora incombusta remanserunt. Super quorum singula christiani nocte uiderunt stellam fulgentem: eaque tollentes honorifice apud tarsum cilicie sepeliterunt. v. idus octobris.

De sancto Eustachio abate. Cap. liij.



Eustachii

us abbas luxu uicij. fuit: qui a beato columbano ab italla ad dictum monasterium gubernandū paterno affectu directus: equo iure subditas monachorum cateruas rexit: adco vt nullus se beatum columbanum predidisse gemeret. Qui huius doctrinis imbutus fuisset. Qui et post laudabilem vitam uirtutibus pollens: quiescit in christo. v. idus octobris: in rouij sepultus.

De sancto Eustachio epo. Cap. liij.



Eustachius episcopus

pus antiochenus claruit apud ipsam ciuitatem tempore constantij imperatoris. Hic genere pampbilus tam opere quam sermone fidei pugil egregius aduersus arrianum dogma plurima conscripsit: Extant etiam ipsius sapientie preclare duodecim lumina de anima. Item tractatus aduersus ortogensem: Item epistole multe quas enumerare difficile est. Qui propter fidei catholice defensionem: quam contra arrianorum sectam susceperat: a constantio imperatore traianopolim in exilium missus uite terminum dedit.

De sanctis quattuor milibus nongentis septuaginta sex martyribus. Cap. liiij.



Quattuor

milis nongentis septuaginta sex martyres apud aphyricam passi sunt sub persecutione uandalica. Qui cum essent ecclesiarum dei plurimarum episcopi presbyteri et diacones associatis suis turbis fidelium populorum iussu hunericū arriani regis in horribile exilium heremi trusi: atque inter mauros ferocissimos deputati sunt. Inter quos erant cyprianus et felix presbiteri sacerdores. Ex quibus plurimi dum ducerentur: et cuspidibus ac lapidibus sibi alligatis ad currendum dum tunderentur: et per aspera et dura loca traherentur: per singula membra dispersi inter manus thabertij exspirabant. Extraxerunt per totum aggerem publicus locus tumuli uel sepulture horum. Reliqui vero predictorum ad exilium predictum adducti: fame et inedia ac nuditate afflicti: necnon varijs supplicijs excruciatu martyrium celebrarunt: quorum natale colitur. liij. idus octobris.

De sancto marcello epo et martyre. Cap. liij.

De sanctis in mēse octobris occurrētibus Fo. cclij.



Marcellus epi

scopus apamie et
martyr: successor
iohannis vita san-
ctissimus tēpore theodosij se-
nioris martyrum passus est.
Cum em̄ iussu eiusdē augusti
deorum templa vbicq; destrue-
rentur. Venit prefectus orien-
tis apamias ad templa idolo-
rum destruenda: et dum ibidem templum iouis
maximū et robustum: utpote lapidibus ferro et
plumbo alligatis fabricatum vidisset: impossi-
bile quoq; ad destruendū iudicasset: ad sugges-
tione marcelli perit ad alias ciuitates: ipm̄
et templum iuxta vires et dissoluendū commi-
sit. Marcellus nō cuiusdam operarij consilio
quartuo: ingentibus colūnis subterfossis: quib;
bus tota pariter machina nitebatur: ligna sup-
posuit: et in ipsis ignem immisit: ut lignis exu-
stis colūne ruerent: orāq; fabricam secum tra-
berent. Sed resistente demone: ignis non pos-
terat ligna inflammare. Episcopus nō oratio-
ne premissa aqua benedicta ignem asperxit: et
mox diabolū effugauit. Statimq; igne sub-
termissis ligna accendit: quibus cōbustus ruen-
tibusq; colūnis: omne edificium templi corruit:
cuius sonitus terram concutēs omnes exte-
ruit. Post que sanctus episcopus et alia plura
phana idolorum destruxit. Qui et martyribus
pro christo certantibus scribebat: et eorū scripta
recipiebat. Nouissime autē et ipse a paganis tē-
tus: pro christi cōfessione martyrio coronas-
tus est: et apud apamiam honore condigno tu-
mulus. iij. idus octobris.

De sancto Larpō discipulo. Cap. lvi.



Carpus di

scipul' bti pauli
apli apud troa-
dem claruit: vbi
et ab eodem apo-
stolo episcopus cōstituitur est.
De hoc refert dionysius i epi-
stola ad themophilum: q; cum
esset vir mire sanctitatis et ze-
latoz fidei: et quidam infide-
lis fidelem quēdam peruertisset: adeo corpus
moleste tulit: ut ex hoc infirmitatē incurreret.
Tante autē sanctitatis erat: ut nunq; celebra-
ret quin aliquam celestem visionem conspice-
ret. Sed cū pro vtriusq; conuersione orare de-
beret: cum tamē quotidie exorabat ut combu-
stione quadam: amboz simul immisericorditer
abumperet vitas. Et ecce circa noctis mediū
dū uigilaret: et hanc orationem faceret: subito
domus in qua erat in duo diuisa fuit: et quedam
immensa fornax ibidem apparuit: respiciensq;

sursum vidit celum apertū: et ibidem iesum cir-
cundatum multitudine angeloz. Deinde sus-
cita fornacē predicti duo vtri tremuli stare cer-
nuntur: qui a serpentibus de fornace procedē-
tibus moribus: et inuolutionibus violenter in
fornacem traherantur: et ab alijs quibusdā vi-
ris impingebant. Hoc videns carpus adeo in-
stozum vindictam delectabatur: ut superiores
visionem intruere contēneret: et in horum vtrius-
nem rotas intentus esset: ita q; plurimum mo-
le ferebat: q; in fornacem non cito cadebant.
Tandem cum in celū resperisset: ecce iesus ho-
minum illoz miseratus ad illos cum angelis
descendens: manus extendit: et ipsos eripuit.
Dixitq; carpo: q; paratus esset iterum pro pec-
catoribus pati. Sicq; decetero carpus p illoz
conuersione orauit: dominusq; vtrūq; ad fides
reuocauit. Demū idem beatus discipulus p
cōfessione xpi martyrio coronatus est: et apud
troadem sepultus. iij. idus octobris.

De sancto Eduardo rege et con-
fessore. Cap. lvij.



Edwardus cōfessor

rex illustris angloz generosa
progenie orus filius regis elte-
rudi: et enie regine ricardi du-
cis normanz filius: diligent
parentum cura nutritus ab annis puerilibus
sanctispiritus informatus est disciplina. Qui
adhuc puer existens: propter dauoz pcellam
seulentium in anglia ductus est in neustria in
austra domo: vbi opera puerilia deserēs: christi
seruitio se mācipauit: beatamq; dei genitricē
et petrum apostolū atq; euangelistā iohannem
in patronos sibi speciales assumpsit. Tandem
parente defuncto et fratre ipius inaudita cru-
delitate perempto eduardus timēs: se domino
commēdauit. Expectans quoq; donec post mo-
dicum tēpus barbarica pestis cessauit: et tūc a
baronibus in regnum inductus: et cum gloria
apud lūdunū in die sancto pasche ab episcopo
coronatus est. Regnauit autē tēporibus hen-
rici tertij imperatoz: et regnum optima pace
gubernauit: et sanctissime deo vixit. Egicā go-
dini filiam liberalib' artib' imbutā in vxorem
duxit: quā adeo persuasit: ut castitatē seruātes
suo nomine cōiuges: ambo h'gines permanse-
rūt. Fuerat autē godinus p'dictus conspirator
in nece fratris regis eduardi. Dum autem die
quadā cum rege in mēsa discumbēs se iuramē-
to de morte fratris excusaret: p'iculo offe quas
comedebat: subito offa quā in ore posuit suffo-
catus est. Filius quoq; eius eadez die ab equo
in carensē fluuium precipitatus necatus est.
Dater nō eius vxor godini ictu fulminis inte-
rūt. Sicq; omnes qui mortis fratris regis cō-
scij fuerāt: vltio diuina vindicauit: sola regis cō-
iuge q; innocēs inde fuerat incolume pmanēte.

D iij

Rex iste tate fuit gravitatis: ut vis non sine maxima causa puocaret in risum: unde et semel cum die pasche post prandiu valde rideret: et ex hoc oēs mirarent: dixit rex qd p spiritū viderat septem dormiētes in celo mote: qui dudū sup latus dextrum iacuerāt: severos in finistram: qui donec sic manerēt: multe in orbem perfectiones future forent. Sed post decursum annorum centū: iterū ad latus dextrū se verterēt. Directi sunt autē a baronibus nūcū ex anglia in greciā ad montē predictū apud ephesum civitatem. Qui per oīa sicut rex dixerat contigisse inuenerūt. Nam donec illuc nūcū peruenerūt: oēs ephesoz populi: qd septē dormiētes in finistram versū fuissent penitus ignorarūt. Qui tū modicis antea diebus sup dextrū latus illos cognouerant dormiētes. **H**ic etiam rex circa pauperes liberalissimus et humilis fuit. Nam die quodā pauperē contractū incedere nō valētes p̄p̄o latoꝝ e carentē deuotus rex in humeris suis assumpsit: et ipm a regali palatio vsq; ad sc̄ti petri ecclesiā baiulauit. Hic etiā sepius in hora cōsecrationis xpm in carne cōspexit in manib; sacerdotū. Qui regno feliciter disposito quēuit in pace āno dñi. **M. c. lxx. id. octobris.** Sepultus iuxta beati petri altare vbi et miraculis claret.

De sancto eduardo rege et mar. Cap. lviij.

Edwardus martyꝝ

Erex secundus angloꝝ: filius eduardi regis: vna cum patre ānis duobus cum dimidio regnavit. Tūc visa est stella cometes apud vicum regium: qui dicitur caluar: significās persecutiōes in regno subsequētes. Nam clerici intrusi et criminosi a suis ecclesijs: per dūstanum archiep̄m cantuariēsem expulsi noua prela suscitariūt omnibus pene ecclesijs denastariis: quos tamē vltio diuina puniuit: vt supra dictum est in vita sancti dūstani. vij. idus septembꝝ. Tū autē mortuo egdaro rege eduardus adhuc iuuentis eēt: et elfrida nouerca ei; olim regis vtor filium suū propriū puerulum: necdum annoꝝ seprez regem facere pcuraret: et ob hoc cum quibusdam ex baronibus consp̄rasser. Dūstanus eduardum: vt pote cui regnū tanq̄ p̄mogenito de iure debebat: contra vortum illorum coronauit. Unde et regina turbata in mortē regis machinari cepit. Tum autē die quadā eduardus de venatione fessus rediret: et illa sitiētī poculū porrexit fatelles ab eadē iducti: regē potenti sicca percussit et occidit. Et cum sero esset circa corpus ipsius: subito diuina lumina in seuerūt. Eniūsc; tactu claudis gressum: et mutus loquēdi vsū cōtinuo recuperarunt. Tūc ad corpus eius elfrida regina in equo venisset: vt quasi se de nece eius inculpabilem simularet: dum redire veller: equus se

inde nullo modo mouere potuit: mutatoq; alio equo similiter et tertio sicut et priori cōtigit: vñ ab oibns de morte regis rea iudicata est. **D**e pulchus est autē rex condigno matris honore miraculis clarēs. **E**lfrida nō regina vides vltionē quā de; fecerat in clericos ecclesiāz persecutiōes de homicidiō condigne penituit: et in melius vitam mutauit.

De sancto Theophilo episcopo et confessoꝝ. Cap. lix.



Theophilus episcopo

Tephus apud antiochiam floruit. Qui sextus a beato petro apostolo eiusdem ecclesie sedem tenuit: et vir eruditissimus multa sapientia claruit: plurimosq; libellos composuit. In testimonium libros tres ad Anatholium scripsit. Aduersum Ihermogenes heresim alium. Extrant eius et aliq; elegantes ad edificationem ecclesie pertinentes: composuit et contra martionem librum vnus. Super euangelio et prouerbijs salomonis cōmētarīos se legisse beatus tradidit hieronymus: qui cum superiorum elegantia non videns sibi congruere. Qui etiā marci antonini imperatoris temporibus in pace quēuit tertio idus octobris.

De sancto Theophilo confessoꝝ. Cap. lx.



Theophilus confessoꝝ

Theophilus in ciuitate cilicie claruit. Qui cum eēt ecclē vicediā ecclesiasticas res: vt pote morib; et sciētia precipuus optime gubernauit: quem clerus et populus nimum diligebat. Tacante nō episcopatu: ipsum in pontificez omnis populus elegit: sed theophilus se indignū iudicans omnino recusauit. Ad metropolitanū autē violenter a populo ductus: et in episcopus sibi dari ab omnibus postulaf. Sed ipse penitus renuens: vñ ab ipso dimittitur: et alius in episcopum consecratur. Post dies modicos ad suggestionem emulorū quorūdā theophilus ab episcopo de officio deponit: et in locū eius qdā ex aduersarijs surrogatur. Desperans iste iudeum magum adiit: et eius auxiliū imploꝝ. Quem ille nocte extra ciuitatem adduxit: et diligenter monuit ne crucem sibi imprimeret: aut christū vel agines nominaret. Vocante autē mago demones infirmit homines candidari eidem apparuerūt: qui cum cercis ardētib; ad regē ipsoꝝ diaboli i throno aureo sedē: illū adducūt. Pro quo iudeus genui ergo ipius auxiliū postulauit. Ille theophilū officū restituendū et maiore adhuc faciēdū pmittit: dū tñ hic xpm et matrē velit abnegare: et diabolo p̄fessionē facere: et abnegationis chirographum manu p̄p̄ia scribere. **Theo**

De sanctis in mēse octobris occurrētibz. Fo. cclij

philus ergo abnegationē fecit: et chirographū scribens diabolo tradidit. Reuerfus autē mox die sequenti ab episcopo accersitur: et expulso emulo in officium remittitur: et vltra quod prius honoratur. Post dies autem aliquot theophilus resipiscere cepit: et peccatum suum desinens per dies xl. matrem misericordie inuocauit. Quibus elapsis gloriosa regina eidē nocte media apparuit: et eidem salutem spondit: ipm tamen: vt adhuc oratione persisteret admonuit. Quod cū ille fecisset: post tridnū iterum eidem virgo beata cum splendore nimio asstitit: et eius peccatum ei dimissum a deo nūciauit. Cum autem ipse pro chirographo confecto nimum anxiaretur: die sequenti del genitrix eidē in somnis apparuit: et chirographum supra eius peccatus dimisit: quod ille excitatus inueniens ad episcopum celebrantē accessit: et corā omni populo peccatum suū confitens: cuncta vrsa: et gesta narrauit: eiusque chirographum cunctis ostēdit: qui ex luce a virgine contracta facie: vt sol resplendere visus fuit: et in eodem loco per triduum in oratione perseuerauit. Innocē sequentiam illam composuit Ave maria gratia plena dñs tecū ego serena. In qua et de seipso: et de episcopo mentionem facit: et elapsis tribus diebus ad xpm migravit. In cuius transitu audite sunt voces angelice concinētes. Sepultusque est in ecclesia celsice: per quem deus multa miracula ostendit.

De sanctis faustino Ianuario et martiali martyribz. Cap. lxi.



Faustinus Ianuarii martialis martyres in hispaniis ciuitate corduba passi sunt: qui primo equitum penna cruciati: deinde supercilij excoriatis: auribus quoque et naribus percisis: dēribz etiam

superioribus euulsi: ad vltimum ignis passionē gloriosum martyriū consumauerunt: tertio idus octobris: vt ait ado in martylogio suo.

De sancto Calixto papa et martyre. Cap. lxiij.



Calixtus papa et martyr huius nominis primus in urbe romanae natione romanus et pater demerrio de regione vrbis rauenensis Zepherino romano pontifice in episcopatu successit: et sedit annos. v. menses duos: dies. x. Hic constituit festiuitatem die sabbati ter in an-

et patrum inter frondes abscondit: ipse hō in arborem speculatoz ascendit. Ad quem perue- nientes satellites: dum parētes nō inuenerūt: puerū se professum xpianū decollauerunt: et cō- tinuo abierūt. **C**orpus autē truncū per seipm se leuauit: et caput manibus sustulit: atq; ad parentes accessit. **Q**uibus pdeuntibus caput illius clare loqui cepit: deū collaudās: et patrē ac patrum admonēs: vt corpus suū ad ciuita- tem beluacū delatū sepellant: caput hō ad ma- trem pro eius consolatione deferant. **Q**uibus dictis corpus mortuū cecidit: et spiritus celos petiit: lux quoq; celica desuper immensa coru- scauit. **I**lli igitur corpus ad territorium belua- cense portantes: illud ibidē sepelierunt: et anti- fiodoz regressi caput matri obtulerunt: omnia q; gesta narrauerunt: quod illa vt caput marty- ris suscipiens reuerenter digno loco reposuit: et ipsum pro reliquijs deuotionis conseruauit. **S**anctus autē amator episcopus post decur- sum tēporis caput iusti martyris in locorbi spe- decreuerat: collocauit: vbi puella ceca a nati- uitate annorū. xvi. lumen oculorū recepit. **I**n loco autē sepulture eius in territorio belpacen- si basilica eius nomini edificata est. **S**ed inter- secto tpe caput eiusdem beluacū translātū in sa- crario ecclesie sancti petri recōditū est. passus est sanctus martyr. xv. kalen. nouebris.

De sancta Tryphonía regina. Cap. lxxxj.



Tryphonía regina

vxor quōdam decij cesaris fu- it. **Q**ue post passionē martyriū hippolyti et socioz hoc mō cō- uersa est. **E**uz em̄ decius cesar et valerian⁹ prefect⁹ sanctos martyres hyreneū et abūdū necari in cloacā fecissent: de quibus supra in eozū passione dicitur est. vij. kal. septem- bris: et elapsis diebus. xxvij. ambo in carruca confedentes ad amphiteatrū descenderēt: vt sibi sanctos martyrisari facerent: vterq; eozū a demonio arreptus clamare cepit: q̄ eum sancti martyres laurentius et hippolytus cruciarēt: et post diras voces valerianus ibidē exptrauit. **D**ecius autē ad palatiū reductus: per tridū a diabolo vexabatur. **T**unc eius noie tryphonía oēs sanctos in carceribus detētos dimisit. **F**inito hō triduo decius clamans se a laurentio torqueri: miserabiliter vitam finit. **Q**uod vis- dens tryphonía cū filia eius cyrilla puella vir- gine cōuersa est: et ad iustiniū presbyterū vene- rūt baptisimi gratiā postulātes: qui iudicis eis scunū septem dierū: et eas postmoū sacrifici- tis vnda perfudit. **Q**uibus ad domū suā reuer- sis: tryphonía die sequētē orans ad dominū es- lachymis emisit spiritū: cuius corpus iustini⁹ presbyter iuxta corpora hippolyti et socioz se- peliuit. xv. kalendas nouembriis.

De scō Asclepiade epo. et mar. Cap. lxxxij.



Sclepia

des episcopus antiochenus et martyr apud eadem civitatem

passus est. Qui unum fuit ex preclaro confessorum numero: qui sub decio cesare passi sunt. Hic enim pro confessione nominis christiani capite truncatus martyrio coronatus est. xv. kalen. nouembriis: ut dicitur ado.

De sanctis Proleto et Lucio martyribus. Cap. lxxviii.



Tolemeus et Lucius

cum quodam tertio martyres tempore antonini pii augusti passi sunt apud alexandriam civitatem. Qui proleto a quodam centurione detentus: eo

quod se christianum diceret: dudum in carcerali custodia maceratus ab eodem iudice traditus est: a quo interrogatus dum se christianum colere verum voce profiteretur: capitali sententia damnatur. Dumque lucius: qui christianus occultus: iudice de tanta impietate argueret: eo quod nullus reus criminis innocenter damnasset: interrogatus quomodo ab eodem se christianum fore similiter assereret: simul ultione puniendus ad iudicium. Sed et quidam tertius pari usus libertate: pari quoque damnatione condemnatur. Qui omnes simul decollati martyrio coronati sunt. xiiii. kalen. nouembriis.

De sancto Eribino confessor. Cap. lxxviiii.



Eribinus

in hibernia claruit tempore mauritii imperatoris. Hic in britania

nata natus in domo paternarumque ad annum xv. liberalibus disciplinis instructus est. Ortuus vero eius patre ab ipsius genitrice sancto sampsoni dolenti

episcopo oblatas ab eodem clericus factus est. Materque ipsius sacro velamine consecrata: qui postquam predicto episcopo annis aliquod adhaesit: ut arctiori se vite traderet: ad sancti similianum abbatem accessit: a quo in monasterio quod tauracum dicitur: monasticum habitum suscepit: qui etiam ad diaconatum promotus sancto virginato sacerdoti: et eiusdem loci monacho sociatur. Cum autem cum predicto sancto quadam vice itineraret: et leprosum aspectu horribilem inuenisset: eribinus tacentem cepit brachijs sustentare: dumque ille dolore narium torqueri se diceret: et nullum sibi adesse reme-

ditum: nisi oris anhelitum exprimeret: vixit locus compatiens nasum horridum et vicerosum in ore suscepit: quem eribinus per latera sustinuit: respiciensque sursum: vidit crucem auream angelorum pauperum obstantes. Tunc les profusus viros domini confortans: se christum esse protestans in nube raptus nunquam comparuit. Illi vero domini gratias agentes alter alterius meritis vicissim visionem ascribebant. Quod igitur franci britanniam devastassent: eribinus hiberniam petens in silva nocturne turgurium et ecclesiam parvam fabricavit: in qua deo assidue servire cepit miraculis etiam claris claudum unum erexit. Mulier quaedam ad eum veniens pro salute filii sui paralytici: loquens postulat supplicavit: dicens quod beata virgo brigida illam ad eribinum misisset: ut eius filium liberaret. Qui suis orationibus filio mulieris illius salutem impetrauit. In ipso autem loco pane solus et aqua bis in hebdomada se refecit: et anno xiiii. kalen. nouembriis.

De sancto Dapino martyre et Leuita. Cap. lxxv.



Dapinus

martyr et leuita et vir sanctus tempore decii cesaris apud ambianenses

provincia passus est. Qui cum esset plebeius paritendi desiderio inquitentibus se persecutoribus palas ostendit. Et a preside comprehensus post responsum eius constantiam dum christum confiteretur: in equuleo suspensus ac diutius tortus est. Qui dum preses cesaria eius filiam nimis speciosam in prorem promitteret: si deus sacrificare consentiret: et ille se mariam virginem dei genitricem habere sponsam assereret: ac omnino sacrificare renueret: fustibus diutissime ceditur: deinde ad carcerem duci iubetur. Qui dum duceretur commisit spiritum. xiiii. kalen. nouembriis.

De sanctis Caprasio primo et Feliciano martyribus. Cap. lxxvi.



Caprasius

martyr cum primo et feliciano fratribus passus est in gallis civitate

agenensi sub daciano preside. Qui enim caprasius christianus occultus timore presidis propter rabie persecutionis declinans iuxta urbem in rupis spelunca latere: audies qualiter beata virgo fides pro christo agonizasset:

De sanctis in mēse octobris occurrētibus Fo. cclviij.

De qua supra in eius passione dictum est pridie non. octobris: aiatu ad toternariā passionis orauit ad dñm: vt si eū dignū gloria martyriū iudicaret: et lapide splunde aqua limpidissima emanaret. Quod prestare dño statim obtinuit. Super hec vidit per spiritū columbā nūcā de celo descendente: et coronā auro gemmisq; fulgentem super caput fidei virginis imponentē: que vestibus fulgidis erat ornata: et angelis comitata. Ipsa hō columba alarū volitatu et rore celesti: ignem in quo virgo infecta erat: extirxit: et ad celos subito aduolauit. Et si aut hec omnia caprasius cōspexisset: certe ad certamen cucurrisset: et christiānū se coram dariano cōfessus fuit. Quē ille detentū vngulis laniari fecit. Ita vt primus et felicianus fratres eius exemplo patiente conuerterentur: et se christum colere facerentur. Quos omnes in simul vincetos: preses capite cedi mādaui. Quorum corpora in eodē tumulo in agnēsi ciuitate a christiānis sepulta sunt. xij. kalen. nouemb. is.

De sanctis vndecim milibus virginibus. Cap. lxxvij.



Vndecim

milīa virgines cū socijs eaz apud coloniā passe sūt sub hūnoū principis iuliano. Quorum omnīū principalior auerit et signifera fuit beata vrsula. Hec filia vnica regis scotie christiānissimi nomine mauri sapiētia mirabilis et pulchritudine insigni pottebat. Quam rex anglie nimis prepotēs in suis solēnibus nūcijs: filio suo in cōiugium: multis pmissiōib; et blāditijs postulauit: adiciēs minas: si ad eū legatū vacui reuertentur. Pater autē virginis cum iram regis anglie formidaret: qd ageret antiabatur: nec em volebat deū offendere filiā suam homini gentili tradendo: nec virginis sacrum propositū impedire: eius pudicitā quaz deo vouerat perturbādo. Virgo autē domini diuina reuelatione pmonita patri suasi: vt predicto regi assensus preberet: ea tamē conditōne vt iuuenis baptizaret: et per triennū in fide instrueretur: et qd sibi a patre iuuenis et a suo. x. virgines electe et spectose in socias darentur: et tam sibi qd illis mille virgines subscriberent: et naues vndecim minute ad opus earū fabricarentur: quatenus dicto triennio per mare ludendo discurrerent: et virginitatē suam domino dedit carent. Hoc autē virgo poposcit: vt interim coenas suas christo virgines cōsecraret: et spōsum ac patriam ad fidem adduceret. Quod parentes et iuuenis fieri consenserūt: ipso cōtinuo baptizato naues fabricari preceperūt. Omnia igitur festinantius parantur: virginesq; de di-

uersis mūdi partibus congregantur: et omnes vsule presentantur. pater autē eis honorabiles comstatum multoz episcopozū et baronum anglie et scote tradidit: et necessariorum copiam ministravit. Multi quoq; ad tam grande spectaculum de diuersis vrbibus conuenerūt. Inter quos fuit panthulus basilien: episcopus: q; eas vsq; romam perduxit: et inde reuersus eius martyriū suscepit. Sancta quoq; gerasma regina sicilie: que virum suū conuerterat soroz macriū episcopi et darie matris sancte vsule cum quattuor fillabus suis: scz babilia: iulia: vicrozia: et aurea: et paruulo suo adriano: cū hoc per litteras p̄is vsule cognouisset. Relictozq; regno in manu alterius filij: per mare in angliam nauigauit. Cuius consilio et etiam industria tam naues q; omnes virgines regebantur: et sic in nouam christi militiam ab omnibus coniuatur iuxta conditum igitur triennio per mare discurrant: et omni ludozū genere se exercitantes: modo belli preludia inchoant: modo fugam simulant: modo aliud fingunt: quod animo occurrebat. Tandem post q; vsula ad fidem et pudicitiam omnes christi virgines cōuertisset: sub vnus diei spacio flante prospero vento ad portum gallie: qui celta dicitur applicantes: inde coloniā sunt delate: vbi angelus domini vsule apparuit: et predictit eas illuc integro numero reuersuras: et coronas martyriū pcepturas. Ad cuius admonitionem inde venerunt basilicam: vbi relictis nauibus pedestres venerunt romam. Quas papa leuicius gaudenter suscepit: quia de terra earū erat: et multas ibi cōsanguineas habebat: plurimasq; ex ipsis nondum baptizatas sacro fonte persudit: qui diuinam reuelationem in somnis accepit: vt cum ipsis relicto pontificatu discederet: et coronam martyriū cum eis acciperet. Et cū anno vno et mensibus duobus et diebus viginti ecclesiam rexisset: inuitis cardinalibus et clero romano papatu resignauit: et cū vincētio presbytero cardinale et multis alijs virginū se collegio sociauit. Et quia iustis omnibus pontificatū reliquit: nomen eius de catalogo pontificum clerus abrauit. Cū videntes autē duo iniqui principes romane militie: scilicet maximianus et apfricanus: q; per sacras vrgines multi ad eas vndiq; concurrētes ad xpm conuertebantur: explorata earum via: miserunt per litteras ad Iulianum cognatum suum ducentem gentis hūnozum: vt apud coloniā contra eas exercitum duceret: vbi virgines cum socijs trucidaret. Secuti sunt autem eas vna cum summo pontifice predicto iacobus episcopus antiochenus: qui de britannia patria sua veniens septem annis ibidem sedem tenuerat: et romanā curiam visitare venerat. Macrinus quoq; leuicanus episcopus anticalus babilie et iuliane: et follarius episcopus lucensis cū alijs

presbyteris et clericis multis. His etiam occurrit sponsus beate Ursule ethereus nomine patre suo iam christiano defuncto et matre cum sororibus baptizatis: qui diuinas iam reuelationem habuerat: ut sponse sue occurreret: et cum ea palmam susceperet: qui secum de britannia sororum dariam adduxit cum paruula sorore nomine florentina: et quendam clementem episcopum. His etiam se rome contulerat marculus episcopus grecie cum sorore sua constantia filia dorothei imperatoris constantinopolitani: qui cuiusdam regis filio nupsit: sed eo ante translationem morte preuenio uirginitatem suam christo deuonerat. Quos igitur uirgines cum predicis episcopis et multis alijs colontiam redierunt: et ipsam iam ab huius obsessas inuenerunt. In quibus irruentes barbari uelut in oues lupi: totam illas gloriosam multitudinem gladijs peremerunt. Sicque coronam martyrii perceperunt. Cum autem uidissent ursule pulchritudinem: manum retraxerunt. Sed cum impio iuliano huiusmodi duce nollet mabere: nec idolis immolare: ille corceptum se uidens: directa sagitta eam in corde transfixit: et sic illa ad dominum migravit. Quaedam autem uirgo nomine corbula timore perterrita in nauis nocte illa se abscondit: sed in crastinum mortem se offerens martyrii coronam suscepit. Quorum corpora a fidelibus collecta: apud colontiam honore condigno tumulata sunt: et honorabilis ecclesia cum notabile monasterio uirginum ad memorias earum fabricata sunt. Passet sunt autem uirgines undecim milia cum socijs earum duodecimo kalendas nouembrijs: circa annum domini. cccc.

De sancto Hilarione abbate. Cap. lxxviii.



Hilari

on
abbas: cuius uis
taz hieronymus
scribit: apud
egyptus clarus
st. Qui oritur uis

co tabath: quod quinq; milibus a gaza urbe palestine distat: parentibus gentilibus christianus ipse ut rosa de spinis floruit: sed alexandriam a patre missus in breui grammaticam didicit: et in christum credens ecclesiam frequentare cepit. Audiens autem celebre nomen antonii: quod per omnes egypti populos ferebatur: uidendi eum studio perrexit ad heremum: et statim mutato habitu duobus mensibus secum mansit: cõtempnans ordinem uite eius: morumque grauitatem. Reuersus autem cum quibusdam monachis ad patriam: parentibusque defunctis officia pauperibus largitus est: nihil sibi omnino reseruans. Sicque annorum quindecim nudus et armatus in christo solitudinem ingressus est: sacco tamen membra coopertus quinq;

decim caricas post solis occasum comedebat. Igitur a decimo sexto etatis sue anno usque ad uigesimalium estus et pluuas breui turgio declinauit: quod iusto tulerat. Structa deinceps breui cellula longitudine pedum quinq; latitudine paulo ampliore que eius corpusculum patiebatur: ut sepulchrum potius quam domum crederes. Capillos in anno die pasche semel toro dir: sup nudam humum usque ad mortem cubauit. Saccum quo semel indutus fuerat nunquam mutauit: nunquam lauit: orationi et psalmodie iugiter instabat: ab anno uigesimalimo incipiens tribus annis et dimidito lentè aqua frigida madefactum comedit: deinde triduo panem aridum cum sale et aqua: deinde per annos nouem sex uncias hordeacei panis et coctum modicum olus in cibo habuit: sed lassus egritudine oculo: um oleum adiecit. Et in tali ieiunio usque ad sexagesimum quartum etatis sue annum perseverauit. Abinde usque ad annum octuagesimum pane abstinuit incredibili feruore meris accessus. Stiebat aures et forbitu cula de farina et comminuto olere in cibo et potu usque quinq; uncias appendentibus. Nunquam ante solis occasum gustauit: neque ulla solenitate ieiunium soluit. Igitur porētissimus miraculis et sanctitate incomparabilis octogesimo etatis sue anno cum esset absens hesychius: qui cum familiarissime colebat in testamēti uicem breuim scripsit epistola: oēs diuitias suas et derelinquens. Euangelium uidelicet tunicam saecinam: cucullam et palliolum. Et postquam annis. lxxv. deo seruierat ad extrema deueniens spiritum emisit. xij. kal. nouembrijs. Statim corpus eius humo obrutum est: quia sic ipse omnes qui ad egorantē uenerat adiurauit. Quod postquam hesychius palestine audiuit: perrexit cypum: et corpus eius furatus post menses decem in palestina nauigio detulit: et in antiquo monasterio condidit: illeis tunica et cuculla: corporeque immēsis odoribus refragante.

De sancto Asterio martyre. Cap. lxxviii.



Asterius

martyr
Rome
passus est sub alexandro ipatore: qui a beato calixto papa presbyter ordinatus fuit. Et post eius passionem corpus eiusdem pontificis cum clericis suis rapiens sepeluit: ut dictum est supra in passione calixti pape pridie idus octobris. Post dies autem quinq; alexander imperator hoc audiens tenuit asterium presbyterum: quem precepit per pontem in tyberim precipitari. Rufus corpus apud ostiam reperit: et in eadem ciuitate a quibusdam christianis sepultum est duodecimo kalendas nouembrijs.

lxxviii. pape pridie idus octobris. Post dies autem quinq; alexander imperator hoc audiens tenuit asterium presbyterum: quem precepit per pontem in tyberim precipitari. Rufus corpus apud ostiam reperit: et in eadem ciuitate a quibusdam christianis sepultum est duodecimo kalendas nouembrijs.

De sanctis in mense octobris occurrentibus Fo. cclix.

De sancto Viatore confessoro. Cap. xc.



Vitor confessor or

diuine lectoris tenuit: et facti iusti lugdunsi. episcopi comes fuit. Qui cum eodem episcopatum deserente nauem conscendit: et ad egyptum nauigauit: atq; ei in heremo sedule ministravit: vt dictum est supra in eius legenda pridie idus octobris. Quo decedente et ipse post dies. vii. prout ipsi sanctus iustus presertat: cum ad celos secutus est. Nam et quiescit in pace. xiiij. kalendas nouembrii. Quorum amboz corpora a ciuibus lugdunensibus et inde sublata ad eozum ciuitate delata: et in ecclesia sanctorum. vii. machabeozum condigno cultu posita sunt. iij. non. septembrii.

De sancta Salome discipula. Cap. xcj.



Salome di

scipula xpi fuit. Que tempore dominice passionis cum reliquis sanctis feminis ad crucez assistit et circa eius sepulturam sollicita fuit. De qua theophilus et Ehysostronius dicit: qd hec fuit mater filioz zebedei: quod origenes similiter opinatur. vnde in euangelio marci. Maria iacobi minoris et ioseph mater: et salome: et iterum maria magdalone et maria iacobi subaudi minoris: et salome: tunc istud nomen est nominatiu casus: et est nomen mulieris. Alij dicunt qd est casus genitiui: et est nomen viri: qd scilicet fuit vna alla maria vxor salome. Hieronymus tamen in suo martyologio tradit eam mulierem fuisse: et in pace apud hierosolimam quiescisse. xi. kalendas nouembrii: vt ad dicit.

De sancto Marco episcopo et martyre. Cap. xcij.



Marcus eps

et marty: apud hierosolimam palmarum est. hic clarissimus et doctissimus vir primus fuit et gentibus qui post episcopos ex circuncisione ecclesiam hierosolymozum regendam suscepit: de quibus supra est habitum in legenda sancti epi episcopi. xi. kalendas septembrii. Sacerdotium igitur filius ciuitatis sancte suscipiens: non multo post pro confessione christi martyris consumatus: victoria palam promeruit. xi. kalendas nouembrii. Hec ado.

De sancto Melanio episcopo. Cap. xcij.



Melanitus

episcopus tempore valeriani et gallieni imperatorum claruit: apud ciuitatem rothomagensi. Qui de maiori britannia exortus cum esset gentilis romanus venit vt patrie tributum solueret: et imperatori deseruiret.

Cum autem venisset ad templum martis vt ibidem cum socijs sacrificaret: conuersus est a sancto stephano papa et martyre ibidem predicante: et ab eodem baptizatus ipsi adhefit: quem ille per omnes gradus ecclesie ad sacerdotium usq; promouit. Qui fideliter in omnibus ordinibus domino deseruiuit. Lunq; die quadam pontifex celebraret: et ei melanitus ministraret: angelus domini a dextris altaris extitit: quem vterq; illorum vidit. Qui et finita missa baculum melanito dedit: et cum vbi rothomagensi a deo electum episcopum nunciavit: et vt illuc ad predicandis accederet mandauit: christumq; ipsi ductorem futurum promisit: statimq; disparuit. Melanitus ergo continuo accepta benedictione a papa discessit: et christum itineris ducem habuit: ventens autem antiodozum inuenit hominem qui casu bipenni sibi pedem in duas partes diuiserat: quem baculo quem ab angelo acceperat tetigit: et ipsum sine mora sanauit: veniens autem rothomagum predicationis officio fideliter instat: et miraculis clarens fere totum populum ad christum conuertit. et ministerium suum simplicis in domino quiescit vndecimo kalen. nouembrii. Sepultusq; est in ecclesia rothomagensi.

De sancta Melania maiore. Cap. xciii.



Melania

maior apud hierosolimam claruit tempore valerantis imperatoris: vt dicit heraclides. Hec nobilissima ciuis romana filia quondam marcelli consulis vrbano eius filio vniuerso pretore in vrbe relicto hierosolimam nauigauit: ibiq; tantis virtutibus et humilitate refulsit: vt thecle nomen acciperet. Fuit enim vxor venerabilis viri: que anno. d. ccc. existens vidua: relicta patria et filio: vt dictum est: cum certis pueris et puellis: omnibus suis in nauis positis: primo alexandriam nauigauit: ibiq; omnibus distractis sanctos patres in heremo reuisit: scilicet pambonem: serapionem: pannurium: isidorum: et dioscorum: apud quos sex mensibus mansit: et eis nes

Ziber

cessaria ministravit. Cum autem prefectus alexandrie predictos viros domini cum quibusdam episcopis palestnam in exilium mitteret Melania in habitu viri eos secuta est. Quod audiens consularis palestine: vt eam terreret: in carcerem misit: sed eius nobilitatem comperiens: eam prorsus relaxavit: deditq; ei licentiam: vt quocumq; vellet ad sanctos pergeret visitandos. Illis ho ab exilio reuocatis melania iherosolyme remansit: habens secum rusinum aquileie presbyterum: per cuius manus ipsa episcopis et clericis ac peregrinis de suis facultatibus ministrabat: et in talibus operibus per annos. lxxij. perseueravit. Cuius sanctis orationibus filius eius vrbannus in sanctitate creuit: et nobiles nuptias contrahens: duos filios catholicos et deuotos preceperat: qui etiam matri sue plura dona mittebat: vt sanctis elemosinis vberius insisterent. Hec apud hierusalem monasterium construxit: in quo virgines l. deo seruientes posuit: in quo et ipsa etatis sue anno. lxxij. in pace requiescit.

De sancta Melania iunior. Cap. lxxv.



Melania iunior

quor cuius predicta melania fuit: cuius prefati vrbanni pretoris exstitit filia in vrbe roma procreata. Que cum in vrba a parentibus nupti tradita fuisset: et duos filios quos genuerat: nece admisisset: cepit pulsare peregrinandi sibi concedenda. Qui licet diutius recusasset: licentiam tandem deo inspirate concessit: et omnes vestes sericas in pallia altarium dedit: reliquas per ecclesiarum ornamenta distribuit: aurum omne suum et argentum per manus pauli presbyteri discurrentis contulit per egyptum thebaidem antiochiam: palestina: hierosolymam: et alia loca sancta: destinavit: seruos et ancillas manumissit: possessionibus pluribus venditis precium pauperibus diuisit: ceteras in subsidium monasteriorum retinuit. Sicq; per vrbem conuersus in virum alterum mutatus: mira penitentia se affligebat: et post alterum diem semper cibum sumebat. Melania vero in possessionibus suis cenobium construxit vbi cum. xv. eunuchis et. xl. virginibus et alijs ancillis suis libertati traditis deo fuit. Patrem quoque vir suum cum. xxx. monachis vitam duxit: vt eiq; ipsorum salutis: lectionibus: et orationibus vacans. Sicq; sancta dei melania bone anime smitatrix effecta: plena virtutibus in pace quiescit.

De sanctis munitione et eledia virginibus et martyribus. Cap. lxxvi.

Honus



Milio et eledia vir

gines et martyres apud ciuitatem ostiam passe sunt: que pro confessione christi diuturna custodia macerata: atq; deinde capitali sententia punire: presciosum martyrium celebrarunt. xi. kalendas nouembriis: vt dicit ado.

De sanctis Seruando et Bermano martyribus. Cap. lxxvij.



Seruando

et germano martyres apud hispaniam passi sunt sub preside viatore: qui post dira verbera et squalorem carcerum: et sitis ac famis inturiam: et longissimi itineris laborem: quem omni ferro iubente eodem preside pertuleret. Nouissime martyris sui cursum gladio cesis cervicibus implerunt: et quibus germanus apud emeritam ciuitatem iuxta beatam euliam sepultus est. Seruandus vero apud hispaniam oppidum iuxta sanctas iustas et iustinam conditus est. Passi sunt autem sancti martyres decimo kalendas nouembriis.

De sancto Seuerino episcopo et confessore. Cap. lxxvij.



Seuerinus

nus episcopus colonien. apud ipsam ciuitatem claruit. Qui effrate cuidam heretico successit. Naz vt scribit in gestis sancti seruarii: de quo supra actum est. Qui effrate ta fuisse destructio vrbis treugrensis et prelati ac principes ipsum romam pro legatione destinarunt. Respondit seruarus: iter non esse tutum: nisi effrata hereticus ab episcopatu deponeretur. Illico congregata synodo episcoporum apud coloniam agrippinam: effrata hereticus iudicio synodi condemnatus deponitur: et seuerinus ordinatur. Dum autem seuerinus rediret ab vrbe apud coloniam a seuerino susceptus est. qui dum nocte oraret: seuerinus coloniam ignis super caput eius asperxit: que paulatim vsq; ad se venit: in quo loco seuerinus ecclesiam edificauit: quam et portam celi appellauit. Quiescit autem sanctus seuerinus in domino. x. kalendas nouembriis.

De sancto Seuerino boetio martyre. Cap. lxxvij.



Severin⁹ martyr q̄t boe-
tius pro verita-
te interfectus
sub isto nomie
in catalogo martyru scribitur:
dictus severinus a severitate
iudicioz. Hic ut dicit Si-
gbert⁹: gener fuit symmachii
patricij vir nobilis romanus

vir consularis aspicius: mira lingue eruditio-
ne politus: et liberalium artium quas pene om-
nes a greco in latinu trāstulit plenius erudit⁹:
cuiusviro helphes nomine rhetorica sciētia in
signis: hymnos apostolorū Felix per omnes. et
Aurea luce. cōposuit. Hic tēpore theodorici re-
gis longobardoz: qui fuit imperāte zenone cir-
ca annu domini quadringentesimū septuagesimū
miserum dum dicto regi republicam inuadē-
ti boetius restitisset: apud eum dolo accusatus
cū pluribus alijs proscriptus et exiliu missus
est. Inde reductus papie in carceratus est: vbi
libru de philosophica cōsolatione compilauit.
Tandē ab eodē theodorico rege in carcere in-
terfectus est anno dñi. ccccxxi. x. kalen. nouē-
bris. Sepultusq̄ in ipsa papie ciuitate in ec-
clesia sancti petri ad cellu autem: ut martyr ab
ecclesia digna veneratione celebrat. Hic phi-
losophus eximius diuina et humana sapientia
pollens: multa nobis ingenij sui documēta de-
relit. Scripsit etiā libros de trinitate. De vni-
tate et vno. De ente et essentia. De duab⁹ natu-
ris et vna suba xpi. De hebdomadibus. De cōso-
latione pbica lib. v. De scholastica disciplina.
Topicoz lib. os. Aristorellis libros q̄s habet bi-
bliotheca latina: oēs fere de greco in latinu cō-
uertit sermone. Scripsit et volumen de musica.
De arithmetica. Euthemioz: syllogismoz: et
hypotheticoz. De deitate ad iohānem romane
ecclesie diaconū. De electione primi parentis
in restauratione humani generis p incarnatione
nem et passionē xpi. Aduersus eutyrianos et
nestorianos atq̄ azephalos de incarnatione dñi.
Itē cōtra arrianos: eunomianos: et apollinaris-
tas libros fortis: et eoz heresim cōfutantes.

De sancto Theodorico presbytero
et martyre. Cap. c.



Theodori⁹
cus presb⁹ et mar-
tyr apud antochiā
passus est tēpore
iuliani apostate imperatoris
sub prefecto et auiculo suo iu-
liano. Euz em a pdicto prefe-
ro ecclesia antiochenoz spo-
liata esset: et christiani vbiq̄
dispersi fuissent. Hic in ec-

clesia permansit intrepidus. Qui ab eo tenent
inusus: post equuleū et milros ac durissimos cru-
ciatus: etiā lampadibus circa latera inflamma-
tus est. Sed faculis diuina virtute restinctis:
milites qui eas tenebant: angeloz aspectu ter-
riti in facies corruerunt. Eūq̄ pfectus quosdā
christianos occultos illorū ministeriū supplere
iuberet: et illi hoc facere recusarēt: prefectusq̄
ipsoz examinans christianos repperisset: iussit
eos in pelagus demergi. Quos sanct⁹ martyr
horrabatur ut ipsum ad gloriam precederent.
Nouissime autē dum iuliani apostate: quē apud
perfidem diuina vitio puniuit interitum predi-
ceret: occasione gladij martyrium consumauit
decimo kalendas nouembri.

De sanctis Felice episcopo et socijs
martyribus. Cap. ci.



Felix epi-
scopus ciuitas
rubabocē:
audat et ianua-
rius presbyter
ri. Fortunat⁹ et
septimus lectores tēporibus
diocletiani imperatoris i venu-
sia ciuitate apulie passi sunt.
Qui a quodam magnolano

curatore detenti: multis diebus vinculis et car-
ceribus in aphyca et in sicilia macerati: eadē
occasione gladij martyrio coronati sunt nono
kalendas nouembri. Ex quibus felix episco-
pus annorum quinquaginta sex virgo et mar-
tyr ad christum duplici cum palma migrauit.
Quorum corpora intra cartaginensem ciuita-
tem et vti cēsi. sepulta sunt.

De sancto Martino abbate. Cap. cii.



Martin⁹
abbas apud
capua clau-
ruit tempo-
re iuliani iu-
nioris augu-
sti. Qui in monte massico so-
litarium vitam duxit: multisq̄
annis in specu angustissimo
inclusus fuit. Dux autē vti se

in predicti montis foramine cōtulit: ex eadē pe-
tra aque stila prorupit: q̄ sibi et in vsu quotidia-
no sufficeret: et nec plus adesset: nec necessitas
ei deesset. Quod antiquus hostis: ut eū ex atro-
illo depelleret: amica ei bestia serpens igressus
cepit in spelūca inueniri solus cū solo: eoz orā-
te se ante illū sternere: et cū cubante pariter cus-
bare. Et vir dei oino sperterritus ei⁹ ori manū
vel pedē extendebat: sed ipsum tamē serpens
percutere nō audebat. Et cū hoc quotidie per-
3 iiii

eremiti agere: die quadam inimicus eius forte
rudine victus se per deuentum montis latus in
precipitium dedit: omniaque loci arbuta flamma
ex se prodeunte concremavit: ut per hoc consti-
ret quis fuerat qui ab eo victus abscedebat.

Hic sanctus vir primo inclusionis suo tempo-
re decreuit: ut ultra mulierem non videret: ne ex
contemplata specie tentationem incurreret. Quod
quedam mulier audiens audacter ad specum
eius ascendit: ut eius propositum frangeret. At
ille paulo longius intuens: et muliebria vesti-
menta conspiciens: in terram faciem depressit:
et eo usque in oronem prostratus facit: quousque
impudens mulier inde fatigata discessit. Que
die eodem modo ut de monte descendit vitam fi-
nit: eo quod virum dei ausu improbo contristavit.

Cum autem ad eum multi ex deuotione concur-
rerent: et semita que ad eius ducebat cellulam
artissima foret: puer paruulus incaute gradus
ex monte cecidit: et usque ad vallem in profundissimam
focam ruit. Perturbati omnes querere ceperunt
sicuti corpus lapsi pueri poruisset inue-
niri. Qui tandem in valle inuentus est: non solum
vixit: sed etiam membris omnibus illesus. Sicque
omnibus innotuit: quod hunc in casu suo martini
oratio portauit. **In** specu vero illius magna de-
super rupes eminebat: que martini celle promi-
nens casu suo imminere: illius interitum mina-
batur. Ad hunc mascot: nepos illustris viri ar-
mentarii ventens cum multis rusticis orabat:
ut vir dei de specu eiret: donec ipse ruituram
rupem de monte euelleret. Quod vir dei face-
re non acceperat: sed illud quod possederat faceret:
precepit: itaque dum illorum multitudo conare-
tur sine periculo sancti viri illud ingens satum
leuare: repente cunctis videtur moles ista e-
laborantibus euulsa: ne specu martini rageret
saltum dedit: et quasi serui dei lesione fugiens
longius cecidit. Quod angelico ministerio actum
fuisse vnusquisque cognouit. Hic dum prius in
eodem more se contulit: cathena ferrea sibi pes-
dem ligauit: eamque saxo ex altera parte affixit:
ne ultra ei progressi liceret quod cathene longitu-
do tendebatur. Quod beatus benedictus au-
diens eisdem diebus misit: ut si seruus esset dei:
non eum teneret cathena ferri: sed cathena christi.

Ad quam vocem martinus copedem soluit: sed
tamen nunquam ultra quod cathena extendebatur pe-
dem mouit. Qui postmodum ibidem inclusus di-
scipulos congregauit: qui ab eius specu seorsum
habitantes aquam ex puteo hauriebant: sed
funtis in quo situla pendebat sepius frangeba-
tur: unde factum est ut cathenas quam ex pede
suo vir dei soluerat: funi situle alligaret: ex quo
tam tempore contigit: ut funis quotidie tinge-
retur: et nullatenus ex tactu cathena illius de-
ceret rumpere. Quicquid autem in pace vir
domini nono kalendas nouembriis. Dec gregorius
sq. dialogorum. cap. xvi.

De sancto Malo epi.

Cap. clix.



Malus epi

scopus apud insulam sargiam britanie
claruit. Hic ex eadem
dem provincia ortus: genere
nobilis: socius sancti sampso-
nis: eidem in dolensi archiepi-
scopatu successit: in quo dum
verbis et exemplis populum do-
mini laudabiliter pasceret: ab agelo in somnis
monitus episcopatus cessit: et buducum sibi sub-
stituens heremum petiit: et solitariam vitam an-
nis pluribus durit: deinde plurium monachorum
pater effectus est. **Qui** comitem quendam di-
tissimum: qui seipsum leprosus fuerat: contra-
ctu suo a lepra mundauit. Comes autem pro gra-
tificatione medietatem vnius sue possessio-
nis viri dei monasterio concessit. Sed cum di-
cta possessio aribus et piscibus abundaret: mox
aues omnes et pisces dimissa medietate quam
sibi comes retinuerat: ad altam viri dei medie-
tatem transferunt. Quod cernens comes ad sua-
sum vtoris medietatem cenobio concessam cum
sua sibi retenta commutauit. Iterumque pisces
et volucres ad medietatem sancti commutatam
se translulerunt. Quapropter comes possessio-
nem integram monasterio largitus est. **Fa-**
mulum quendam suum: qui dum piscaretur: in
mare cadens necatus fuerat: oratione sua amor-
tuis suscitauit: et ab vndis ad littus in columen
eiectionem reduxit. **Cum** fames valida omnes
britanniam occuparet: et ipse ex pietate omnes
populum ad se venientem reficeret. Jamque ex
tali largitione victualia monasterio deficerent:
pueri quidam ex monachis meridie ad littus
maris accedentes: lectionis suas repetunt:
nauem antequam in littore ex vetustate derelictam
pueriliter intrauerunt: quam subito mari con-
crescens rapuit: et sine remo vel remige alioque
adminiculo quocumque cum pueris saluis ad op-
positam insulam ripam subito deuenit. Malo
pueris apparente: et nauem tenuit baculo gu-
bernante. Ad quod spectaculum rex provincie
cum omni populo occurrens: et a pueris que essent
aut quomodo aduenissent audirens: nauem vi-
cualibus et diuitibus refertam remisit: quam si-
militer virtus diuina: ut prius ad proprium locum
reduxit. **Cum** normani totam insulam deu-
starent: et populus inermis ad sanctum confu-
gisset: ille baculo rupem percussit: et in manus
les lapillos diuisit: quibus populus hostes in-
se irruentes oppressit: eosque in mari fugatos se-
precipites dare compulsi. **Hic** virgo perpe-
tuo permanens: pane hordeaceo solo preterus: fe-
ria quarta et sexta nullum capiebat cibum: et semp-
ferebat cilicium. **Qui** in vigilia pasche oranti: rex
angelus apparuit: eius obitus sui diem prenu-

De sanctis in mēse octobris occurrētibz Fo. cclxi.

clauit: de cuius manibus sanctus vir eucharistiam tercia vice visibiliter sumpfit: z. sc. kalen. nouēbris: vt audierat ad xpm migravit.

De sancto maioris martyre. Cap. cclij.

Maximus martyris generosi z nobilis viri tyburtine ciuitatis passus est persecutione vandalsca sub huncoricorege: qui pio fustibus quasi innumerabilibus celsus: trocheis frequentibus eleuatus aliquādo scru celeri dimissus super lapides z silices cornebat: sed z plures plagas lapidibus confuscatus: dū iam viscera pelle nudata essent: z ipse ad singula cōstantior appareret: nouissime gladio celsus est: z apud eandem vrbem sepultus.

De sanctis Chrysantho z Daria martyribus. Cap. cv.



Chrysanthus

z Daria virgo: z martyres ambo rome passi sunt sub impatore numeriano: qui chrysanthus alexandria ortus: cum patre polemio illustrissimo romam veniens ab eodem libe-

ralibus studiis traditus: cum esset ardentissimū ingenij omnibus scientijs mūdānis eruditus est. Et dum vniuersa librorum volumina ex curiositate discuteret: z ad libros christiane fidei peruenisset: cepit querere: quos ei diuinas litteras exponere posset. Tandem a quodā christiano secretissime ad carpophorum presbyterum adductus est: qui persecutionis atrocitate seculente: in specu montis occultatus: vix poterat a paucis fidelibus visitari. A quo chrysanthus diuinas litteras imbutur: z conuersus ad christum: sacro fonte perfunditur: z catholica fide diligenter instructus: post septem dies baptismatis sui christi dominū voce publica cōfiteatur: z deos deasq; romani populi demones esse protestatur. Quod audiēs pater eius nunciantibus propinquis: cum ab imperatore plurimum honoratus esset: z dignitatem amittere formidaret: fecit filiū in tenebroso carcere recludi: z cibo paruissimo sustentari. Quod vir dei ad exercitium portusq; ad supplicij sibi dicebat inferri. Sed quidam ex attendantibus patri consuluit: vt si filiū ab hac superstitione volebat eripere: elegatissime puelle cōiugio traderet: vt dū diceret esset maritus: obliuiscere esse xpianus: eo q; afflictiones illatas: xpiani sibi ad gloriam reputabant. Tunc polemio trinitatis sericis vestibus strarūpparavit: z chrysanthum p̄ciosis vestib; induit: z quinq; puellas speciosas z ornatas z ancillis suis eidem

associavit. Zubens quotidiana conuiuia affluētibus dapibus exhiberi: filiumq; suum blanditijs z amplexibus puellarum seduci. Qui dum orasset ad dñm: ne a fera sez carnali cōcupiscentia superaret: continuo predicte puelle somno oppresso: nec cibū nec potum sumere poterant: sed educte exterius statim euigilabant. Iterūq; tricinnum introduce graui sopore dormitabant. Cum autem polemio ex hoc ad mortem doleret: z amici eius hec omnia magis imputarent: eidemq; cōsulerent: vt eruditam aliquam iuenculam speciosam ad eum introduceret: quā ille incatationibus xpianoz minime superare posset. Daria virgo prudētissima z eloquentissima: ac sup oēs speciosa: dec veste dīcata elīgitur: z ornatis vestibus induta a patre rogatur: vt ad iuuenē ingrediēs: cum dñs z patri restituat sibiq; maritū acquirat. Que gemmis z auro radians ad chrysanthū ingreditur: tāraq; cum elegātia sermonis alloquitur: vt si esset ferro durior: plumbo mollior redderetur. Dum autem eam chrysanthus de pompa vestitiū argueret respondit: se non p̄pter pompā: sed vt cum dñs z patri lucrifaceret: sic indutā. Eū iterum chrysanth; eam reprehēderet: quomodo pro dñs idola coleret: que nec se: nec alios custodire possent: z que vinculis ferreis z plūbo coartata essent respondit. Daria q; hec imagines propter vulgus ignobile formabantur: marmore z metallo: vt quos cultor mente z sacrificijs colit: effigata imagine oculis p̄spicere possit. Tunc chrysanthus cepit perferuntari: qui essent dñi quorū imagines colebantur. Et cū saturnū cōprobasset filiorū interfectorem. Ionē adulterum z incestuosum z homicidiorum patratorem. Mercurium incantatorem. Herculem suspensus occisorē: ceterosq; deos flagitiosos z eorum quēlibet malozū omnium incestozē: z persequēs tales deos miserimos: nec coli debent: nec deos dici: credidit. Daria ab eodem conuersa amboq; sancti spiritus copula vni: carnale matrimonij simulabant. Fecitq; chrysanthus occulte in domo sua daria baptisari. Que intra paucos dies sacris imbuta litteris vna cum viro virginitatis perpetuorum emisit. Et tam per chrysanthum multitudo viro: q; per dariam multitudo conuertebatur seminarum. Quapropter excitata in vrbē seditione: chrysanthus a prefecto celerino cōprehenditur: z sacrificare iubetur. Sed cum hoc recusaret: tribuno claudio a prefecto traditur: vt diuersis supplicijs immolare cogatur. Quem claudius dedit in custodiam militibus s: puagura. Qui neruis crudis eum constringunt: vt sensim se siccantib; neruis ac ossa eius vix pertingerent ligamenta. Sed statim resolutis neruis: iterum fortioribus nodis vincif: sed vincula continuo dirumpuntur. Deinde ab eisdem pedibus in cippo mittitur: sed repente

ligno putrefacto cippus in pulcrem vertitur. Que cum milites magicis artibus ascriberet torto chrysanthum perfundere ceperunt: ut ab eo in cantationes diluerent: sed aqua mox puterrima in roscum odorem conuersa est. Deinde vitulum excoiauerunt: et corio illum nudum cinxerunt: et in sole per horas plurimas posuerunt: sed corium nullam calefactionem sentiens: in eadem viriditate permansit. Iterum carbonis ferreis vincitur et in carcere obscurissimum mittitur. Sed lux ei nimia diuinitus est infusa: et vincula sunt resoluta. Que cum milites claudio nunciassent iussit sanctum ad se adduci et nodos fustibus cedi: sed fustes in manibus tenerum solidi quasi si ferret erant: cum vero percuteretur: quasi plume molles fiebant. Quod videns claudius cetero re hilaria et filijs iasone et mauro: ac prefatis septuaginta militibus crediderunt: et baptizati omnes coronam martyrii perceperunt. De quibus supra in eorum passione dictum est kalen. decembris. Audiens hec imperator numerianus chrysanthum in carcere iuliano obscurissimo et fetidissimo iussit recludi. Dariam vero ad publicum cum meretricum locum adduci. Sed continuo diuina misericordia chrysantho lux diuina: et odoramenta sancta prestantur. Daries vero leo de cauea amphitheatri fugiens custos eius virginitatis dirigit. Qui ingressus cellam: ubi virgo orans prostrata iacebat: iuxta eam se posuit: ut quasi secum videre orare. Dicitur quidam nefandus: ut virginem corumpat: sed a leone captus in terram deicitur: qui sine lesione eum tenens ad sanctam vultu conuertit: et quasi innuens: quid de capriuo fieri iubeat: seiscitur. Que preces propter ne ipsum in nullo lederet: sed ad se audientem venire permitteret. Leo igitur eum relinquit in ostio cellule se posuit: ut nec ille posset exire: nec alius introire. Vir autem ille viso miraculo: et auditis sermonibus virginis: conuersus est ad christum: et per verbum discurreret: deum christiano verum omnium creatorem proclamabat. Dicitur tur venatores: ut leonem captant: sed omnes a leone capti: et sine lesione ante pedes daries deponuntur: et ab ea conuertuntur. Tunc prefectus in celle introitu copiosum ignem iussit accendi: ut leo cum daria comburatur. Quod leo timens: rugire cepit: sed eum virgo domini confortauit: quod nec incedo cremaretur: neque ab alio caperetur: neque occideretur: sed morte sua moreretur: iubens ut securus per ignem egredieretur: quia ille eum liberaret: quem leo in se honorasset. Tunc leo inclinato capite per medium ignis illesus egreditur: et per turbas discurreret neminem lesit: nec ullus eum exinde unquam cepit. Que omnia domini imperator audisset: iussit celerino prefecto: ut aut chrysanthum et daria sacrificare compelleret: aut diuersis penis afficeret: qui sacrificare nolentem chrysanthum iussit in equuleo suspendi: et ardentes lampades applicari. Sed continuo ligna omnia

